stimoniū habuit: dicēte Samuele. Quesiuit sibi dominus virum: id est dauid iuxta cor suū. i. Reg. xiij. Dixerūt igitur pgati ad dominū orantes p salute omnium. Et flētes aiebāt: Exaudiat dn̄s oratiōes vr̄as: et reconcilietur vobis: nec vos deserat in tēpore malo: deus misereatur nostri z benedicat nobis: illuminet vultū suū sup nos z misereatur nr̄i. His dictis prexit pmo Esaias dicēs illud ca. lxiiij. Utinā dirūperes domine celos z descēderes: vt notum fieret nomē tuū inimicis tuis. Ecce tu iratus es qz peccauimus. Et nūc dn̄e pater noster es. Nos vero lutū z opa manuū tuaz omnes nos: ne irascaris dn̄e: z ne vltra memineris iniqtatis nostre. Hec ibi. Tūc deus pater hoc audito respexit ad iusticiam: z illa ait. Scriptū est p istū Esaiā ca. lxv. Recede a me nō appropinqs mihi qz imundus es: Ecce scriptū est corā me reddā z retribuā i sinū eoz iniqtates patz vestrorum Hec ibi. Territus Esa. z ad suos reuersus cū lachrymis ait illd ca. lvij. Plāgite sup regionē desiderabilē: qz non est pax ipsis dicit dn̄s. Secūdo prexit Hieremias loquens scz cū planctu ait illud Treñ. vlti. Recordare dn̄e quid acciderit nob intuere z respice obprobriū nr̄m: pr̄es nr̄i peccauerūt z nos iniqtates eoz portauimus: ve nobis quia peccauimus. Quare in ppetuū obliuisceris nostri derelinquens nos in longitudinez diez. Conuerte nos dn̄e ad te: innoua dies nr̄os sicut a principio Hec ibi. Tūc iusticia deo iubēte ait illud Hiere. xi. Tu ergo noli orare p pplo isto qz nō exaudiā in tempore clamoris eorū ad me z in tempore afflictionis eorū: Et addidit. Nōne ca. xv. p te scriptū ē. Si steterint moyses z samuel corā me nō est aīa mea ad pplm istū. Eieci eos a facie mea. Territus Hieremias z ad suos reuersus ait illud Treñ. ij. Deduc scz turba electorum quasi torrentē lachrymas p diē z noctem z nō taceat pupilla oculi tui. Et infra. Ego vir videns paupertatē meā in ira indignationis eius. Me minauit z adduxit in tenebras et non in lucem. Tertio perrexit Job et loquens in amaritudine cordis sui dixit illd ca. vi. Quis det vt veniat petitio mea z qd expecto tribuat mihi deus. Et itez. Parce mihi dn̄e nihil enī sunt dies mei: vsqz q̄ nō pcis mihi nec dimittis me vt glutiā saliuā meaz peccaui. Quid faciā tibi o custos hoīm q̄re me posuisti ɔtrariū tibi z factus sū mihimetipsi grauis: Cur nō tollis pctm̄ meū z q̄re non aufers iniqtatē meā zc. Tūc dn̄s ait illd ca. xxxviij. Quis est iste inuoluens sniās sermonibus impitis z ad depcandū cōpositis. Nunqd tu irritū facies: iudiciū meum vt tu iustificeris. Quis enim resistere pōt vultui meo. Quis dedit mihi ante et reddam ei. Resūptis iob viribus vt sermone molli frangeret irā dei dixit illud. xlij. ca. Scio qz oīa potes z nulla te latet cogitatio. Idcirco me rephendo z ago penitētiam in cinere. Et itez ca. vi. Uerūtn̄ ad oīpotentē loquar z vias meas i cōspectu eius arguam: z ipe erit saluator meus. Et addidit illud ca. xiij. Cur faciē tuā abscōdis z arbi. me ini. t. Cōtra foliū qd vē. ra. ostēdis potentiā tuā z stip. s ic. pse. Scri. ɔtra me ama. z ɔsū. me vis peccatis adolescē. mee. Tūc iusticia ait illud ca. viij. Usqzquo loqueris talia. Nunqd deus supplantat iudiciū z onipotēs subuertit qd iustuz est: et qd pdest deo si iustus fueris: aut qd ei confers si imaculata fuerit vita tua. Scriptū est p te ca. xxxviij. Omia q̄ sub celo sunt mea sunt: nō parcā vbis potentibus z ad depcandū cōpositis. Territus Job fugit ad suos cū lachrymis. d. Pereat dies in qua natus sum: et nox in qua dictū ē cōceptus est hō: q̄re data ē misero lux et vita his q̄ in amaritudine anime sunt. Tunc omnes ceperūt plangere dicentes illud Treno. ij. Heu quia factus est dominus velut inimicus pcipitauit isrl. Et infra. c. iij. In tenebrosis collocauit nos quasi mortuos sempiternos: et cū clamaremus exclusit orationem nostram. Et iterum eodem capitulo. Nos inique egimus domine z ad iracundiam prouocauimus te. Idcirco inexorabilis es percussisti nec pepercisti: vide domine quoniam apperuerūt super nos os suum omnes inimici

Capitulū. III.

Tacq; in luctu ⁊ gemitibus deso
i lati dixerĩt alter ad alterq;: Quid
amplius faciemus: Quidam di/
cebant; Non est amplius opus vt ad do/
minũ mittamus: quoniã compleuit domi
nus furorem suum effudit iram indigna/
tionis sue: nõ addet vt respiciat nos. treñ.
iiij. ca. Hieremias vero inter eos loquẽs
dixit illud Treñ. iij. Ne taceamus eo q
non esset requies: donec respiciat ⁊ vide/
at deus de celis Et iterum Per me inquit
scriptum est eodem capitulo. Inundaue/
runt aque super caput meum: dixi perij.
sed inuocaui nomen tuum domine de la/
cu nouissimo: vocem meam audisti: auer
tisti aurem tuam a singultu meo et cla/
morib⁹. Hec ibi. Tunc ⁊ dauid ait: Cla
morem pauperũ exaudiet dominus: im
mo confidite scientes ꝓ certo: quia iura/
uit dominus dauid veritatem ⁊ non fru/
strabitur eum de fructu ventris tui ponã
sup sedem tuam. Dixerunt igit̃ ad eũ om
nes: perge ergo ⁊ tu ad dominũ ⁊ depca/
re ꝓ nob. Nũc aũt ⁊ nos clamem⁹ in celũ
et miserebitur nostri deus noster et meõr
erit testamenti patrũ nostroꝝ i. Mach.
iiij. Tunc dauid cepit in celum ascendere
in spiritu ⁊ dicere: Aperite mihi portas
iusticie ⁊ ingressus in eas confitebor do/
mino. Michael autem archangelus ait
ad eum. Reuela domino per me viam tu
am ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Re
spondit dauid: Eructauit cor meum ver
bum bonum dico ego opera mea regi. Di
xit michael: Vide ne diutius graues re/
gem sermone ꝓlixo. Tu eñ scis quia vir
linguosus non dirigetur in terra hac. Re
spondit dauid. Lingua mea calam⁹ scri/
be velociter scribentis. Tunc angeli cha/
ritate preuenti ibant ad dominum dicen/
tes: Memento domine dauid et omnis
mansuetudinis eius: Et ait domin⁹: In/
ueni dauid seruum meũ oleo sancto meo
vnxi eum. Et veritas mea ⁊ misericordia
mea cũ ipso et in nomine meo exaltabi/
tur cornu eius. Dixit quoq; dauid ad mi
chaelem. Quis deducet me in ciuitatem
munitam. Introductus quoq; per ange/
los et transiens de ierarchia in ierarchiã
de ordine in ordinem: aspiciens loci ame
nitatem ait: Quã dilecta tabernacula tua
domine virtutum cõcupiuit ⁊ defecit ani
ma mea in atria domini. Beati qui habi
tant in domo tua domine in secula seculo
rum laudabunt te. Tunc perueniens ad
thronum dei vbi sancta trinitas residet ꝓ
stratus humiliter adorauit dicens: Bene
dicat nos deus deus noster: benedicat nos
deus et metuant eũ oẽs fines terre. Dixit
autem dominus. Quid vis vt faciam ti/
bi. at ille: Vbi sũt misericordie tue domi/
ne sicut iurasti dauid in veritate tua. Tu
dixisti: clamabit ad me ⁊ ego exaudiã il/
lum: eripiam eum ⁊ glorificabo eum: lon
gitudine dierum replebo eum: ⁊ ostendã
illi salutare meũ. Ad te ergo domine cla/
mabo deus meus ne sileas a me. Exurge
quare obdormis domĩe: exurge ne repel/
las in finem: quare faciem tuam auertis
obliuisceris tribulationis nostre. Educ d
carcere animas nostras: vt cõfiteamur no
mini tuo domine. Tũc deo iubente dixit
iusticia: Nonne per te scriptum est: Iust⁹
dominus ⁊ iusticiam dilexit: equitatem vi
dit vultus eius: iusticie lex dat: vt pecca/
tores conuertant̃ in infernũ ⁊c. At dauid
Tace tu nunc iusticia: nec mihi molesta
sis. quoniam scriptum est: Miserationes
domini super omnia opera eius: vnde re/
sumptis viribus dauid ait domino: Iu/
stus quidem es domine ⁊ rectum iudici/
um tuum: fac tamẽ cum seruo tuo ẜm mi/
sericordiam tuam. Reminiscere misera/
tionum tuarum domine: memor esto con
gregationis tue domine quã possedisti ab
initio. Fiat misericordia tua domine sup
nos quẽadmodũ sperauimus in te Tunc
et omnes sancti patres clamantes dixert
Ne reminiscaris domine delicta nostra:
vel parentum nostrorum: neq; vindictaz
sumas de peccatis nostris. Thobie. iij.
Vt quid domine repulisti in finem ira/
tus est furor tuus super oues pascue tue.
Ostende nobis domine misericordiã tu/
am ⁊c. Itaq; misericordia compatiẽs ge/
neri humano dixit ad dominum: Tu ex/
urgẽs domine misereberis syon quia tem
pus miserendi eius: quia venit tempus.

Nõne tibi dñe ꝓpriũ est misereri: magisq̃ tue bonitati conuenit ſm misericordiam agere q̃ ſm merã iusticiã. Audiens dauid misẽdiaȝ loqui ꝑ se: gratias agens dixit: Misericordias dñi in eternũ cantabo. Sed et genus humanũ audiens ꝓ se esse misericordiã: cepit fortiter clamare: O dei misericordia: o dei imensa pietas: o dei bonitas. Miserere nr̃i dñe miserere nr̃i. Fiat misericordia tua dñe super nos ⁊c̃. Exurge domine adiuua nos ⁊ libera nos ꝓpter nomẽ tuũ: placatus itaq̃ deus dixit ad dauid: Vade quia visitabo vos et suscitabo sup̱ vos verbũ meũ bonũ: vt reducã vos. Jere. xxix. Prostratus dauid et gratias agẽs dixit: Cõfitebor tibi domine in toto corde meo. Narrabo omĩa mirabilia tua letabor ⁊ exultabo ĩ te psallam nomini tuo altissime. Narrabo nomen tuũ fratrib⁹ meis: in medio iustorũ laudabo te. Reuersusq̃ dauid ad suos ait cũ gaudio: Qui timetis deũ laudate euȝ vniuersũ semẽ iacob glĩficate eũ: qm̃ non spreuit neq̃ despexit deꝑcationẽ pauꝑis ⁊c̃. Intellexi a dño quoniã in eternũ seruabo dauid misericordiã meã ⁊ testamẽtũ meũ fidele ipi. Tunc omnes sancti patres leti effecti: deo gratias reddiderunt: eũ laudãtes ⁊ dicentes: Bñdictus es domine de⁹ patrũ nostroꝝ: benedict⁹ es dñe qui intueris abissos. Benedict⁹ es super thronũ maiestatꝫ ⁊ laudabilis ⁊ gl̃iosus in secula.

Articulus secundus ꝑ modũ historie: qualiter determinatuȝ est ꝑ diuinaȝ sapiam vt hõ redimat. vbi primo ponit̃ allegatio mĩe: scdo oppositio iusticie: tertio determĩatio sapiẽtie. Ca. I.

Ecundũ misteriũ dicit̃ determĩationis. Grãdis nẽpe questio orta est inter dei misericordiã ⁊ iusticiã ac veritatẽ de homĩs liberatione: que quideȝ per filiuȝ dei scilicet sapientiam hoc modo determinata est. Et hanc imaginationẽ ponit beat⁹ Bern̄. sup̱ missus est. Circa hec aũt tria cõtemplemur. Primo misericordie allegationẽ et ꝓbationem Nã misericordia dicebat: Piũ est homi misero ꝑ se surgere non valẽti misereri. Et hoc ꝓbabat pluribus modis ⁊ rationibus.

Primo ex lege diuina.
Secũdo ex lege canonica.
Tertio ex lege phica.
Quarto ex lege ciuilica.

Prima ratio accipit̃ ex lege diuina: quoniã scriptũ est ꝑ ꝓphetam: Misericordia dñi ab eterno vsq̃ in eternũ sup̱ timentes eũ. Et iteruȝ. Nunq̃d obliuiscet̃ misereri deus aut ꝯtinebit in ira sua misericordiã suaȝ ⁊c̃. igit̃ ⁊c̃ Et cõfirmabat sic. Indecẽs est ⁊ oino illicitũ deũ sũme misericordẽ sicut omĩs lex diuina ⁊ ꝓphete clamãt sũmã mĩsicordiã nõ oñdere. Suauis enĩ dñs vniuersis: ⁊ miserationes eius super omnia opa eius: ergo inquit tu deus hoc super omĩa misericordissimũ opus facere debes teipm̃ ꝑ redemptione hoĩs exhibendo. Secũdo ꝓbabat ratiõe sumpta ex lege canonica. Quia qδ semel placuit ampli⁹ displicere nõ põt extra de regulis iurꝫ li. vi. Deo aũt placuit hoieȝ creasse ad hunc finẽ. s. ad beatitudinẽ. g̃ reduci debet ⁊ repari ad eandẽ misericorditer post lapsum. Itẽ odia sunt restrigẽda: fauores ampliãdi: vt dicit̃ ibidẽ. scꝫ de regulis iuris li. vi. Et de pe. di. i. pene. Odiosũ aũt fuit pctm̃ ade ⁊ meruit penã. Ideo cõgruũ est o dñe de⁹ vt ſm tuã misericordiã amplies ei fauorem clemẽtie ⁊ miserationis tue indulgendo eius pctõ. Tertio ꝓbat ratiõe sumpta ex lege phica: q2 vnicuiq̃ rei cõueniẽs est illud qδ cõpetit sibi ſm suã ꝓprietatẽ naturalẽ: vt dicit Arist. et porphiri⁹ li. de vl̃i Propriũ inquit ẽ qδ vni soli ⁊ semp̱ ꝯuenit: vt homi ridere: vl̃ rõcinari ⁊c̃. Sed deo ꝓpriũ est misereri vt canit ecclesia: Deus cui ꝓpriuȝ ẽ misereri ergo ⁊c̃. Et hoc cõfirmatur ꝑ exẽpla naturalia: quia pietas ⁊ misericordia ꝓpria est nobilibus ⁊ magnanimis aialibus. Nobilis enim ira leonis ꝑcere ꝓstratis: Sȝ ⁊ vrsus aial iracundissimum ⁊ aper ferocissimus ꝑcere norunt ꝓstratis. Idcirco con/

ueniens est vt deus misereaẜ homi. ꝓstra/to ꝑ penitẽcie humilitatẽ. Quarto ex lege ciuilica: quia dolus alicuius non de/bet sibi patrocinari vt ex inde premiũ vel lucrum assequaẜ. ff. de dolo malo. l. Ne ex dolo suo lucretur. nec debet quis cõsequi emolimentũ de mendatio suo vt. ff. de na/talibus restituendis. l. i. Sed quia ser/pens fraude Adam ꝛ euam decepit vt in seruitutẽ ꝛ captiuitatẽ eos redigeret. Jõ malefìcia serpentis lucrũ et emolimentũ habere nõ debent: vinculis suis semꝑ ho/mines detinendo Jtem deceptis ꝛ nõ de/cipientibus iura subueniũt. ff. ad velleia/nũ. l. ij. Uerba ꝛ. ff. de in integrũ restitutio/nib. §. fi. Debet ergo misdiuinũ subuẽire decepto homini ꝛc. Capitulum. II.

Secundo circa hãc questionis de/cisionẽ cõtemplemur veritatis et iusticie oppinionẽ. Cum eni tali/bus rationibus mĩa inclinaret deum patrem ad miserandũ ꝛ redimendũ hoiem. ṽitas obstabat. d. O misericordia qd tu lo/queris? Nũqd vis me perire. Tu eni dñe deus cum sis deus ꝛ nõ mentiaris. Nam scriptũ est Ueritas dñi manet in eternũ. per ps. Sed tu dixisti homi. Quacunq3 hora comederitis morte moriemini. Geñ. ij. cap. ergo oportet ꝙ ista sentẽtia tua ster fi/ta in veritate et sic hõ in morte maneat. Ad hec mĩa: rñdens ait. Nonne vbi scri/ptum est. Ueritas dñi manet in eternũ im/mediate premissum est. Quoniã cõfirma/ta est super nos misericordia tua Faciẽda est ergo hec misericordia homini vt libe/retur ꝓpter me: ne forte ipe deus videatur esse immisericors. sed ꝛ tu veritas debes mihi cõsentire in hoc. Ne aũt obstet veri/tas illius sentẽtie: quam allegasti. s. Qua/cũq3 hora comederitis morte moriemini Fiat hoc modo: vt hõ ꝛ moriaẜ ꝛ quodã/modo nõ moriaẜ ꝓpter me. moriaẜ quidem corꝑaliter cuius quidẽ mortis necessitatẽ incurrit per illam sententiam: sed nõ mo/riatur morte eterna Jn hoc eni mihi ꝯsen/tire debes: qm̃ scriptum est: Nunquid in eternum ꝓijciet deus aut in finem mise/ricordiã suam abscidet a generatione in generationẽ ꝛc. Ait veritas Uere tibi nõ consentire asperũ est ꝛ crudele iudico: qm̃ scriptum est. i. corin. xiiij. Nõ est dissensio/nis deꝰ sed pacis: libeat ergo misereri hoĩ hoc modo quo nõ derogaẜ veritati. Ju/sticia vero vidẽs veritatẽ cõsensisse ait ad eas. Quid factis o misericordia ꝛ ṽitas nũquid deꝰ subuertit iudiciũ Job. xxxiiij. Scriptũ est eni iustus dñs ꝛ iusticiam di/lexit: equitatẽ vidit vultus eius ps. Non ergo permittã sic homĩ misereri vt exclu/dar. Justicia quippe requirit vt sicut scri/ptum est Esa. xxvi. Tollaẜ impius ꝛ pec/cator ne videat gl'iã dei ꝛc. Misericordia ait O iusticia non sis mihi contraria sed fiat homi misericordia saltem ꝓpter me si nõ ꝓpter Adam: quia ꝛ scriptũ est per ps. Miserationes dñi super omnia opa eius ergo ꝛ super iusticiam. vnde ꝛ tu mihi de/bes consentire vt hõ misericordiã conse/quaẜ. Justicia ait: nõ possum aliter con/sentire nisi ꝛ mihi satisfiat: nec decet vt deꝰ tm̃ agat ꝺm misericordiam sed ꝛ ꝺm iusti/ciã Fiat ergo mihi satisfactio de peccato homis vsq3 ad nouissimũ quadrantẽ dicẽ/te scriptã. Amẽ quippe dico vob nõ exibit inde homo nisi reddat nouissimũ quadrãtem. Matth. v. Hoc facto tibi bene cõsentire possũ vt homo liberetur: al's ego peribo Et vñ Ansel. l. i. Cur deꝰ hõ cap. xij. dicit Liberior inquit esset iniusticia si sola mi/sericordia dimitteret. dimittere quippe pec/catum sine satisfactiõe nõ est aliud ꝙ nõ punire. si aũt peccatũ non punitur inor/dinatum aliquid dimittiẜ quod nõ decet regnum dei ergo ꝛc. Capitulum. III.

Tertio cõtemplemur circa hoc di/uine sapientie diffinitionẽ siue cõ/clusionẽ. Nam tot cõtrarietatibꝰ motis deus pater dedit omne iudiciũ fa/cere filio sicut scriptum est Joh. v. ꝛ man/dauit istud decernere. Filius aũt qui ꝛ sa/pientia dei patris est ꝺm apl'm. i. corin. i. auditis allegatiõibus vtriusq3 partis di/xit: Justicia dicit perij si Adã nõ maneat in morte. Alia aũt dicit perij si adam mi/sericordiã nõ consequaẜ: hec est ergo diffi/nitiua sentẽtia suꝑ hoc. Fiat pena ꝛ mors bona ade ꝛ habebit vtraq3 quod petit. ob/stupuerũt oẽs ꝛ dixerunt; Quõ fiet istud

cuz pena sit amara ꝛ mors pcõꝝ pessima teste scriptura: quõ ergo erit bona? Judex ait. Queratur ex filijs ade aliquis qui oino sit iustus ꝛ absqꝫ omni pctõ etiã originali qui nõ sit dignus mori et iste moriatur ex charitate et puniatur ꝓ hũano genere: cũ nõ sit debitor mortis ꝛ pene satisfit iusticie ꝛ hoi mĩa ipendet. Currit ergo ꝟitas ꝛ circuiuit orbẽ tre ꝛ qrit si ueniat talẽ inocẽtẽ et nẽo ẽ iuẽt⁹ mũd⁹ a sorde nec infans cui⁹ est vni⁹ diei vita sup terrã teste scriptura Tunc cũ rediret misericordia ꝛ ꝟitas obuiauerũt sibi.s. mutuo. Et quesiuit misericordia si inuenisset iustũ. illa rñdit Oẽs declinauerũt simul inutiles facti nõ ẽ qui fa. bonum. non est vsqꝫ ad vnum teste ps. Tunc ꝛ iusticia ait. Et si inueniret talis iustus sed purus homo quõ ei⁹ morte vel pena satisfieret ẜm dei iusticiã de peccato hois. Cum peccatũ hois sit infinite grauitatis: tum qꝛ cõtra bonitatẽ infinitam. tum qꝛ hoiem infinito bono ꝑuauit: tum quoqꝫ qꝛ infinita indiuidua humani generis in potẽtia corrupit sicut patebit pte ꝑma huius li. arti. ij. ca. ij. in medio. Oĩs autẽ homo purus finiti est meriti igitur ꝛc. Tunc ait diuia charitas. Quicqd in hac re cõtendatis hoc est iudiciũ: vt deus fiat homo iustissimus ꝛ absqꝫ pctõ: ꝛ ex charitate satisfaciat ẜm merã iusticiã sua pena ꝛ morte pro hoie. Sicqꝫ misericordie ꝛ iusticie satisfit ꝛ cũ hoc charitas dei infinita manifestabitur: cuꝫ sic deus hoiem dilexerit ꝛ lauerit eũ a pcõis suis i sãguie suo Sup hac sentẽtia pacata ẽ iusticia ꝛ ꝯsculũ pacis dedit mie ꝛ charitati: ꝛ tũc iusticia et pax obsculate sũ. Tũc de⁹ pr̃ ait: oĩa in sapiẽtia fecim⁹ mũdũ creãdo: sic oĩa in sapiẽtia. i. i filio faciem⁹ mũdũ reparãdo. Ait fili⁹ ecce ego vt fiat ista mĩa charitas iusticia et ꝟitas in ꝓmissiõe. In capite qp pe libri scriptũ ẽ de me: vt facerẽ volũtatẽ tuã ꝛ sic determinatũ ẽ: vt fili⁹ dei sit hõ: ꝑ incarnationẽ quoqꝫ ei⁹ et passionẽ liberetur hõ. O igitur aĩa fidelis. O xpi sanguine redempta vide q̃nta charitate deus te amauit vide quanta eius misericordia erga te extitit: q̃nta bonitas: vt ipe pro te pcõre voluerit in seipõ satisfacere ꝛ cum resurgere non posses ipe pro te subleuando seipsum subiecerit Exinaniuit ꝑ te semetipm ꝛ formã serui accepit: qui peccata tua ipe pertulit in corpore suo: vt peccatis mortua iusticie viuas. O gratiosissima diuine sapientie diffinitio: vt deus sit homo cui⁹ passione redimatur hõ. O felix culpa inquit Greg. q̃ talẽ meruit habere redẽptorẽ. O benignissime de⁹ qd tibi ꝓ hijs referamus laudis ꝛ grãrũactiõs si millesies nos pro te ipẽderem⁹ minimũ eẽt ad id qd tibi ex eq debem⁹ ꝓ tã pio dono ꝛ bñficio imẽso.

Articulus tertius qualis conditionis debuit eligi et esse mater dei ꝛ domini iesu christi.

Tertium misteriuz est dĩ maternalis electiõs. Circa qd ꝑ ꝯtinuatione hystorie ꝑcedẽtis possum⁹ ꝯtemplari: q postqꝫ ꝑrib⁹ sanctis innotuit: q dei filius d sua matre preelectissima incarnari deberet: consilio inito dixerũt ad iuicẽ illd. iij. Reg. i. Queram⁹ inqt nũc adolescẽtulã ꝟginẽ speciosã q̃ stet corã rege ꝛ seruia eei ꝛc. Talẽ inqꝫ q̃ digno suscipiat hospicio deuz nrũ: nec in ea inueniatur qd oclos sue maiestatis offendat: ne forte inducat sup nos maledictionẽ ꝑ bñdictiõe Gen̄. xxvij. Tũc inter eos Job. dixit qd scriptũ ẽ ca. xi. Forsitan vestigia dei cõprehẽdem⁹ ꝛ vsqꝫ ad perfectũ oipotẽtẽ reperiem⁹ excelsior celo ẽ ꝛ vñ cognosceni⁹: q.d. nõ possum⁹ nos istud ꝑ oĩa pfectẽ scire quot ꝛ q̃ntis pfectiõib⁹ di mater debeat fulgere. Sꝫ hec ad sapiẽtiã dei ptinet declarare. Exurgẽs qꝫ iesus fili⁹ Syrach q ꝛ eccl̃iasticus appellatur dixit qd scriptũ ẽ cap. i. Oĩs sapientia a dño deo ẽ Arenã maris ꝛ pluuie guttas ꝛ dies sclĩ qs dinumerauit? sapiẽtiã dei ꝑcedẽtẽ oĩa qs iuestigauit? radix sapiẽtie cui reuelata ẽ? ꝛ astutias ei⁹ qs agnouit? Unus est altissimus creator oĩum: oipotens ꝛ dñans deus: ipe creauit illã. s. ꝟginẽ matrẽ suã. i. creãdã preuidit ab eterno ꝛ multis perfectionib⁹ decorandã. sequitur ipe solus vidit ꝛ dinumerauit ꝛ mẽsus est ꝛ exaltauit eã sup oĩa opa sua ꝛ sup oẽm carnẽ ẜm datũ.

suũ Hec ibi Dixerũt itaqȝ mittam⁹ ergo ad ei sapiẽtiã legatũ z vocat nos q̃lis cõditiõis esse debeat z q̃ntis fulgere debeat ornatibꝫ pfectionũ ipa q̃ digna est eligi in matrẽ dei. Miserũt igit̃ dauid qui veniẽs ait ad diuinã sapiẽtiã Dñe ad te ꝯfugi doce me facere volũtatẽ tuã qȝ de⁹ me⁹ es tu spũs q̃ppe tu⁹ deducet me in terrã re. ꝓpt nomẽ tuũ dñe vi. me in eq̃. tua Scio enĩ qȝ btũs quẽ tu erudieris dñe z d lege tua docueris eũ zc. Doce ergo me tuã voluntatẽ de matris eligẽde ꝯditione. Rñdẽs quoqȝ diuina sapiencia ait illud deutrono. vi. Obserua z audi q̃ ego loquor tibi hodie Ipa quippe virgo que deum debuit cõci/pere debuit esse femina amicta sole charitatis: z luna mundane instabilitatis sub pedibus eius per ꝯtẽptum oĩm terrenoꝝ z in capite eius corona. xij. stellarũ qȝ. xij. ꝯditionibus nobilitatis debuit fulgere z gloriari que sequũtur ĩ tribus qua ternarijs distincta. Primus q̃ternarius accipit̃ ex pte corpis. Scdõs ex pte aĩe. Terti⁹ ex pte vtriusqȝ. Nã ex pte corpis debuit esse.

Primo formosissima.
Secundo nobilissima.
Tertio de dauid stirpe regia.
Quarto nomine Maria.

Secundo ex parte anime debuit esse
Primo a peccato purissima.
Secundo virtutibus adornatissima.
Tertio sanctitate excellentissima.
Quarto dono dei perfectissima.

Tertio ex parte vtriusqȝ debuit esse.
Primo virgo castissima.
Secundo voto ioseph consecrata.
Tertio viro desponsata.
Quarto in Nazareth commorata.

Cap. i.

p Rima itaqȝ stella qua gloriat̃ beata virgo dicit̃ formositas. ipa enĩ debuit esse z fuit virgo pulcherrima corpore et anima iuxta illud Can. iiij. Tota pulchra es amica mea zc.

Circa qđ querit̃. Utrũ cõgruũ erat dei mr̃ẽ eẽ pulcherrimã pulchritudĩe corpali. Arguitur ꝙ non. q̃a in matre christi nil debuit esse de vanitate. Sed fallax grã z vana est pulchritudo puer. vltimo g̃ ipa non debuit esse pulchra. Preterea pulchritudo in femia ẽ occasio periculi. Uñ Eccl. ix. Uirginẽ ne cõspicias ne scandalizeris in pulchritudine ei⁹. Et iterũ Propter speciẽ mulieris multi perierũt. Sed beata virgo oibus debuit esse causa salutis et nulli cã pereũdi: ergo nõ debuit esse pulchra corpaliter. Primo de⁹ in incarnatõe maximã debuit oñdere hũilitatẽ iuxta illđ phil. ij. Exinaniuit semetipm formã serui accipiẽs: sed maior ẽ humilitas carnẽ accipere de deformi q̃ȝ de pulchra: ergo mater dei debuit eẽ deformis Ad hãc questionẽ. Rñdet̃ ꝙ mater dei nõ debuit esse deformis s3 pulcherrima etiã corporali pulchritudĩe: z h pluri⁹ rõnibus q̃s ponit magu⁹ alber. sup missus ẽ ca. xlij

Primo ratione prefigurationis.
Secundo ratione designationis.
Tertio ratione assimilationis.
Quarto ratiõe virtutis laudabilioris

Primo inq̃ȝ ratione prefigurationis figura enĩ siue signũ hñe dȝ silitudinẽ cũ signato: s3 oẽs mlĩeres pfigurantes matrẽ xpi fuerũt pulcherrime: sic claret de hester ꝯiugata Judith vidua Rachel z rebecca ꝟginibꝫ teste scriptura sacra. Scdõ rõe designatõis. s. iteriora pulchritudis: nã p pulchritudinẽ exteriorẽ ducit̃ intellect⁹ ad iteriora qȝ nobiliori z pulchriori aĩe debet nobili⁹ et pulchri⁹ corpus. Nã materia et forma debẽt eẽ ꝓportionata f̃m phm. ij. li. de aĩa: vñ z corpus humanũ nobili⁹ z pulchrius est oibꝫ corpibꝫ brutorũ ꝓpter vnionẽ ad aĩa3 nobiliorẽ vicz rõnalẽ. Cũ ergo in btã virgine fuerit pfectissima3 pulchritudo aĩe: debuit eẽ z pfectissima post xp̃m pulchritudo corporis. Tertio rõne assimilationis. Nam philosophus. ij. li. phisicorum dicit ꝙ natura est vis insita reb⁹ similia ex similibus procreans: nisi ergo natura erret vel impediatur: filius erit similis patri vel matri. Sed quoniam filius benedicte virginis christus fuit z debuit esse pulcherrim⁹ iuxta illud. Dauid Speciosus forma p̃ filijs hominũ: nec potest impedimentum hic concurrere cum nascitur xp̃o de matre sine patre spũs scto operante: cuius perfectissima sunt opera: ergo sicut filius fuit pulcherrimus: Ita

et mater. Nō em̄ potest arbor bona fruct⁹
malos facere et econuerso. Mathei. vij.

Quarto ratiōe virtutis laudabilioris.
beata em̄ virgo fuit castissima ꝛ ei⁹ casti/
tas laudabilissima: sed laudabilior est ca
stitas in pulchris. Sicut ergo alie sancte vir
gines laudant̄ de pulchritudine corpali:
q̄n cōiuncta est spūali, put canit ecclia de
quibusdā. vi. Pulchra facie sed pulchrior
fide beata es ꝛc. ita beata ꝟgo omi laude
dignissima multomagis debuit cōmēda/
ri de castitate in sūma pulchritudine cor/
porali: qualis autem pulchritudinis erat
patebit infra li. v. p. ij. arti. ij. p totū Ad
argumenta in oppositū. Ad primū rūdet̄
ꝯm eundē Al. vbi sup̄. ꝙ bene sola corpa/
lis pulchritudo vana est: nō aūt q̄n coiū/
cta est spūali: quia tūc ꝓtus cōmendabili
or reddit̄ vt patebit. Ad scd̄m dicit̄ ꝯm
eundē ibidē: ꝙ corpalis pulchritudo i suo
genere bona est: licet mali q̄nq3 ex h scan/
dalisāt̄ et occasionē piculi accipiūt. Scā/
dalū aūt maloꝝ vix vel nunq3 caueri pōt.
Nam ꝛ in deo qui summe bonus est mali
scandalisāt̄: q̄m demōes et dānati in dei
iusticia que optima est scandalisant̄ teste
ps. Supbia eoꝝ qui te oderunt ascendit
sp: boni autē et sancti edificant̄. Talis ergo
occasio mali siue scādali passiui nō est vi/
tiū bonā naturā habētis: sed culpa patiē/
tis: ꝓpter hoc ergo nō debet dimitti qđ bonū
est ꝛ ꝯgruū: sicut nec ꝓpter maloꝝ scanda
lū dei iusticia dimittēda ē. Pōt etiā ad h
dici ꝙ pulchritudo beate ꝟginis nulli oc
casio mali vel scandali fuit: qꝛ ꝯm Bona/
uen. Ipse spūsanct⁹ replens ꝟginē pcaue/
bat ne vnq3 ab aliquo cōcupisceret̄ vt lu/
ci⁹ dicet̄ in alijs libris Ad tertiū dicit̄
ꝙ nō fuit congrua talis humiliatio deo q̄
hūilitatē ꝛ castitatē mr̄is minus cōmen/
dabilē redderet ꝛ minueret. Nā neq3 lau/
de dignū 3 opinio iudicaret si ꝟgo defor/
mis hūilis esset ꝛ quasi despecta viris ꝟ/
go pmaueret. Hec Alb. vbi supra. pt3. ergo
ꝙ beata ꝟgo fuerit pulchra. Ca. II.

Ecūda stella dicit̄ nobilitas quia
s bt̄a virgo fuit et debuit esse ꝟgo
nobilissima. Et hoc ꝯm Albertu3
vbi sup̄. ca. lv. plibus rōnibus. Primo
rōe exaltationis ipa em̄ debuit exaltari su
per oēs homies ꝛ angelos: ergo debuit sup
oēs hūilior ꝛ virtuosior esse. Sed vt dicit
Bern̄. Nobilior ꝛ cōmendabilior est hu/
militas in nobili q̄3 in ignobili ꝛ abiecto
vt igitur digna sit sup omnes exaltari de
bet et debuit nobilitate generis fungi in
qua maior ꝛ laudabilior eius virginitas
foret. Nam Aug⁹ dicit. ꝙ nunq3 bt̄a ꝟgo
fuisset sup omēs choros exaltata nisi fuis
set sup omnes hoies hūiliata. Secun/
do ratiōe conformationis: quia em̄ vt di
Eccl. xiij. Omne animal diligit sibi sile:
et ꝯm phm. Sile applaudet sili. Vn̄ ꝛ re
ges de stirpe regia volūt accipe sibi spon/
sas ꝛ nobiles de nobili. Cū ergo xp̄s de⁹ sit
infinite nobilitatis: qꝛ a p̄re nobilissimo
sc3 deo eternaliter genit⁹: genitura dignis
sima. Igit̄ debuit ꝛ matrē ꝯformiter no/
bilem habere. Tertia ratio gratifica/
tionis: quia vt dicit Hiero. Seruitia in/
genua sunt gratiora. sed bt̄a ꝟgo debuit
ꝟuire dei filio: ergo vt magis sint grata eius
seruitia debuit esse ingenua ꝛ spectabilis
genere De hac eius nobilitate latius li.
xi. p. ij. ca. i. ar. i. Ca. III

Ertia stella qua glat̄ dn̄a nr̄a de
t dauid generositas. Nā mater dei
debuit eē de stirpe dauid regis: qꝛ
vt scriptura testat̄: ipsi dauid facta est p/
missio de xp̄o iuxta illud ps. Iurauit do/
min⁹ dauid veritatē ꝛ nō frustrabit̄ eum
de fructu vētris tui ponā sup sedē tuā: Vn̄
et Esa. xi. ca. Egredict̄ ꝟga de radice ies/
se: qui quidē fuit pater dauid: et flos de ra
dice eius ascendet ꝛc. Proinde angel⁹ an
nūcians bt̄e ꝟgini xp̄m dixit de eo: Dabit
illi dn̄s deus sedē dauid pa. ei⁹ ꝯm nico/
de lyra. Intelligēdo de tpali sede vl' regno
dauid: xp̄s nō sedit sup sedē dauid: immo
istud negauit corā pylato. Jo. xviij. d. Re
gnū meū nō ē de hoc mūdo. Loquit̄ ergo h
angelus de regno spirituali et celesti: qđ
figuratum fuit per regnum temporale da
uid; sicut et celestis hierusalem per tem/
poralē ꝛc. Claret ergo ꝙ beata virgo fue
rit de dauid stirpe regia ꝛ a deo electa.

Capitulum. IIII.

Uarta stella dicit̄ nomis dign/

tas naz mater dei debuit noiari hoc noie dignissimo Maria. qz congruentius per hoc nomen exprimit eius virginalis z di/
gnissima pceptio q per quodcunq aliud no
men Vn Bern. sup missus est dicit Loq
mur pauca de hoc noie Maria. qd inter/
pretat stella maris qd matri virgini valde
congruenter adaptat. ipa nanq aptissime
sideri coparat: qz sicut sine sui corruptio/
ne sidus emittit radium: sic sine sui lesione
virgo pturiuit filium. Nec sideri radius
minuit suam claritate: nec virgini filius
suam integritate: ipe nanq est stella nobi/
lissima ex Jacob orta. cuius radius vni/
uersum orbem illuminat: cuius splendor
etia pfulget in supernis z inferos penetrat
Hec Bern. Merito igit a stella nom ac
cipere debuit mater dei: qz sic erat pphea/
tu Nume. xxiiij. Orietur stella ex iacob z qz
magis eius virginali coceptioni cogruit
de h hic pterasco breuiter qz latius libro vi.
tractaturus sum de eo Capitulu. V.

Vinta stella in ordine: z pma se/
q cundi quaternarij dicit Puritas.
nam ipa bndicta virgo que dei ma
ter erat eligenda debuit esse virgo purissi
ma ab oi pcto immaculata: sicut hoc pre/
dictu est Can. iiij. Tota pulchra es z ma
cula. s. peccati no est in te: ratio qz no dece
bat dei matre esse alicuius peti cotagione
maculata. No eni habitat deus in aia vel
corpe subdito petis Sap. i. Hinc Ansel.
de coceptu vir. cap. xviij. Decebat vt pce/
ptio illius hois ex matre fieret purissima
tanta puritate qua sub deo nequit maior
intelligi cui deus pater suu vnigenitu que
de corde suo genuit equalem sibi ita dare
disposuerat: vt esset vnus z idem dei filius
z virginis filius. z qua ipe filius speciali/
ter sibi matre eligebat z de qua sps sctus
opaturus erat vt ex ipa conciperet z nasce
ret ille de q pcedebat Hec ansel. Ca. VI.

Exta stella qua gloriat dei mater
s dicit virtuositas Debuit eni ma/
ter dei eligi talis virgo que foret
virtutibus adornatissima. qm de ipa scri
ptum est Eccl. xxiiij. In me ois gra vie
z veritatis: in me ois spes vite z virtutis.
Ratio qz Bern. dicit. Quatulibet te affli
ges quatulibet te cruties no dabit tibi co
piam sui dns virtutu: nisi fueris virtutib
adornatus Cu ergo deus nulli nisi virtuo
so copiam sui tribuat: sequit q b. virgo dei
mater cui se deus in filiu tribuendu dispo/
suerat esset virtutibus decoratissima. Pro/
inde z sm Aug. ac Bern. Bta virgo prius
in aia q in corporeo vtero pcepit salua
tore: per fide spem z charitate. Que virtu
tes si in ipa no fuissent: deus in eius vteru
no venisset. Debuit etia super omnes esse
humilima qz deu amisit pma femina eua p
superbia: ergo ipa inuenire debuit pro toti
generi humano per humilitate. Et idcir/
co ipa teste in suo Cant. Respexit dns hu
militate ancille sue Luce. i. De eius vir/
tutibus quibus floruit dicetur libro. vij.
par. ij. articu. iij. p totu. Capitulu. VII.

Eptima stella dicit sanctitas naz
s debuit esse sanctitate excellentissi
ma q deu gigneret vtpote que su/
per omnes sanctos z choros erat exaltan
da. Maiore ergo gram sanctificationis
etia in vtero sue matris debuit habere dei
mater q quicunq sanctus: qm vt dicit Da
mascenus ipa a nullo illustriu debuit supe/
rari: que p oibus debuit exaltari. Et hoc
etam ondi pot ex scripture serie ps. San/
ctificauit tabernaculu suu altissimus. Et
iteru. Elegit ea deus z preelegit ea: ergo
pre alijs sctificauit. Secudo ex fide qz
qd alijs est cocessum tante virgini non est
negatu: sed sm fide Joanes z Jeremias
sunt in vtero sctificati: ergo multo magis
bta virgo dei mater debuit sctificari. Naz
sm Aristo. ij. Thopic. Si ei cui minus vi/
det inesse inest z ei cui magis. Si eni ser/
ui xpi predicti sunt scificati: multo magis
eius mater pcellentius e sanctificata. Vn
Bern. in Epla ad Cano. Lugdunen. di/
cit Puto q copiosior gratia sanctificatio
nis in ipsam descendit que non solum ip/
sius ortum sanctificauit sed etiam eaz ab
oi peccato immune custodiuit. Hec ille
De hac sanctificatione latius lib. v. par.
i. articulo. ij. per totum Capitm. VIII.

Ctaua stella dicit pfectionis sub/
o limitas. Debuit eni talis eligi in
dei matre que foret dei dono per/

fectissima z omi gr͞a plena: vt de eius ple/nitudine accipiãt vniuersi: q̃tenus dicere valeat illud Eccl'.xxiiij. In me oĩs gratia vie z veritatis in me oĩs spes vite z virtutis. Trãsite ad me oẽs q̃ ɔcupiscitis me: z a generationibus meis adimplemini. Decreuit ergo diuina sapiẽtia vt ea que eligeret in matrẽ incõtium talis esset tam perfecta ꝙ perfectior esse non possit. Circa hoc q̃rit. Utrũ deus potuerit ipsam facere perfectiorẽ vl' meliorẽ q̃ fecit. Rñdet fm Tho. ꝑmo scripto sentẽtiarũ di.xxiij. arti.ij. Et iterũ ꝑma pte sum̃.q.xxvij.ar.vi. Concor. Alexand. de hal'. ꝙ perfectum est cui nil addi põt de bonitate z btã virgo incõcũ mater dei est talis. Licet enĩ deus oẽm creaturam in ꝑfectiõe accidẽtali possit in infinitum facere meliorẽ. In ꝑfectione tñ essentiali nõ põt facere meliorẽ ꝓbi gratia nõ põt facere quaternariũ maiorẽ. qꝛ si fieret maior iã nõ esset quaternarius sed ali' numerus. quia vnitas addita in numeris variat speciem fm Ari. Sic a simili: licz deus potuerit btãm virginẽ vt dei creaturã vel vt mulierẽ facere meliorẽ in perfectiõe accidẽtali tñ nõ potuit facere vt esset melior mater z melioris filij mater: z ordinata ad maius bonũ. Ita ꝙ hijs tribus non põt aliq̃d fieri melius. s. humanitate xp̃i btitudine creata: z btã virgine qd̃ pz qꝛ hec tria habent quandã dignitatẽ infinitam ex bono infinito qd̃ deus est. Nam humanitas christi habet dignitatem infinitaz ex hoc ꝙ iuncta est diuinitati q̃ est infinitũ bonum. Et btitudo creata habet dignitatẽ infinitã ex hoc ꝙ est dei fruitio: z btã virgo ex hoc ꝙ est mat' dei z ex hac pte nõ põt eis aliq̃d meli' fieri sic nõ põt aliq̃d meli' esse deo Hec Tho. Ca. IX

Nona stella in ordine: z ꝑma tertij quaternarij: dicit' virginitas. Nã dei genitrix debuit esse virgo castissima corpe z aĩa: qd̃ pz. Primo ex auctoritate Esa. vij. ca. Ecce virgo cõcipiet z pariet filiũ z vocabit' nomẽ eius Emanuel. i. nobiscũ deus. Secundo pz ex rationibus pluribus. Primo quidem quia non fuit conueniens vt dei filius haberet aliũ patrẽ q̃ deũ ne dei p̃ris dignitas ad patrem alium transferret'. Secundo vt sicut ꝟbũ eterni patris qd̃ est filius dei nascit' ab eo sine oĩ corruptione sicut z verbũ in nostro corde absq̃ cordis corruptione cõcipit' z ꝓducit'. Ita ad oñdendũ puritatẽ filij dei nascentis debuit a matre virgine absq̃ mentis z carnis corruptione cõcipi z nasci in carne assũpta a verbo. Tertio qꝛ nõ decebat vt xp̃s qui venerat aliorum pctã tollere Johs. i. Ecce agnus dei: ecce qui tol. pctã mundi. Ipse cũ culpa veniret in mundũ: dũ per cõcubitũ z corruptionẽ nasceretur. Quarto propter finem incarnationis Nam xp̃s ideo incarnatus est vt hoĩes in filios dei nascerent': renascuntur aũt filij dei: nõ ex volũtate carnis: neq̃ ex volũtate viri sed ex deo. i. dei ꝟtute. Cui' rei signũ apparere debuit in ipa cõceptiõe xp̃i ex matre virgine vt Aug. dicit lib. de sctã ꝟginitate Hec btũs Tho. tertia par te summe. q. xxviij. ar. i. De hijs latius. li. viij. p. i. ꝑ totũ. Tertio pz hoc ex figurarũ silitudib'. Nã ꝟginitas matris dei ꝑfigurata est in rubo ardenti qui nõ cõburebat' Exo. iij. Itẽ Ezec. xliiij. in porta templi. que clausa perhibet' z nõ aperiet' qm̃ dñs egredit' per eã. Et in multis alijs de quibus causa breuitatis hic ꝑtranseo libro quo s̃ latius dicturus Capl'm. X.

Decima stella qua gloriat' dei genitrix: dicit' voti religiositas. Nã ea debuit eligi in dei matrẽ: que non solũ esset virgo absolute sed et virgo voto ɔsecrata: qd̃ oñdit'. Primo ex auctoritate bti. s. Aug. lib. de sctã virginitate vbi sic dicit. Annũctiante angelo Maria rñdit: Quõ fiet istud: qm̃ virũ nõ cognosco. qd̃ profecto nõ diceret nisi se virginẽ ante vouisset. Scd̃o oñdit' rõne: qꝛ ꝟginitas in matre dei ꝑexcellẽter pollere debuit: sed magis est laudabilis virginitas sctã vel cõseruata ex voto sicut z cetera ꝑfectiõis opa magis sunt laudabilia ex voto: ꝓpter qd̃ ps. hortat' ad votũ d. Uouete z rddite dño deo vestro omẽs qui in circuitu eius offertis munera ergo dei mater debuit ex voto offerre deo suã virginitatẽ. Sed dr. Quõ btã virgo votũ virginitatis emitte re ausa est: cũ hoc in lege veteri ꝓhibitum

erat Vñ Exo. xxiij. Nõ erit infecũda nec sterilis i terra tua. Rñdet q̃ btã ꝟgo habuit ꝟginitatẽ trib⁹ modis. Primo in desiderio. Nã añq̃ incarnatio filij dei ab angelo sibi annũciaretꝰ ꝟginitatẽ simplr̃ ⁊ absolute nõ vouit. eo q̃ nõ licebat. rõ q̃ tpe legis oportebat gñatiõi insistere tã viros q̃ mlĩeres. eo q̃ ex illo pplo xp̃s expectabatꝰ ƺ carnis originẽ nascitur⁹. habuit tñ b. ꝟgo tũc tpis ꝟginitatẽ in desiderio ⁊ eã sub ꝯditiõe vouit. s. si deo placeret: volũtatẽ suã ⁊ desideriũ diuio ꝯmittẽs arbitrio. Scdo b. ꝟgo habuit ꝟginitatẽ in fctõ: q̃ postq̃ sibi inotuit hoc deo fore acceptũ. s. vt ꝟgitatẽ voueret añq̃ ab anglo sibi denũciaretꝰ ⁊ añq̃ a ioseph despõsaretꝰ absolute ꝟginitatẽ vouit. Tertio ex cõi bñplacito: nã postq̃ fuit despõsata: ipa silr̃ cũ spõso suo ex cõi voluntate ⁊ bñplacito ac ꝯsẽsu: ꝟginitatꝭ votũ emisit. Hec btũs tho. iij. pte sũme. q. xxviij. ar. iiij. Ca. XI.

Vndecima stella q̃ gliatꝰ dei genitrix dĩ sponsi ꝓbitas. debuit q̃ppe talis in dei matrẽ ꝟgo eligi q̃ esset despõsata viro ꝓbissimo ⁊ castissimo noie Joseph. Et hoc ostenditur ꝭm Albertuƺ vbi supra capi. l. rationibus pluribus

Primo ratione prefigurationis.
Secundo ratione interpretationis.
Tertio ratione testificationis.

Primo rõe p̃figuratõis. Nã nõ ꝯgruebat vt spõsus btẽ ꝟginis p̃figuraretꝰ ꝑ aliquẽ q̃ extiterit maritus ꝑ carnalẽ copulã. cũ ip̃e sine carnali copula scdm̃ coniugiũ cũ virgine ꝯtraxerit: ꝟgo ꝯiugẽ ꝟginẽ custodiuit: ⁊ mistrauit filio ⁊ m̃ri: pa̅no affectu sincero. vñ lƺ Hester figauit b. ꝟginẽ nõ tñ decuit vt eius spõsus p̃figuraretꝰ per Asuerũ vt sic spõsus dñi nr̃i Asuer⁹ dbuerit noiari: q̃ intꝰ Asuerũ ⁊ hester carnalis copula fuit. Silr̃ eadẽ rõne lƺ Sara gignens filium p̃ter naturã i monte ymolandum teneat figuram domine nr̃e que genuit filium ꝯtra naturã in cruce ymolandũ. Nõ decuit tñ vt ei⁹ spõsus Abraã nominetꝰ: q̃ inter Abraã ⁊ Saram carnalis copula interuenit et eodẽ mõ de Rebecca ⁊ Jsaac ac alijs silib⁹. ƺ decebat vt istud ꝯiugiũ ⁊ ipse spõsus b. ꝟginis p̃figuraretꝰ ꝑ Joseph in sui fidelitate ⁊ castitate erga vxorẽ dñi sui ac mysterioꝝ reuelatiõe, ꝓcuratiõis cõmissione: cibi cõseruatione: ⁊ terre p̃latõe. Vñ Bern. Sup missus ẽ dicit sic: Quis ⁊ q̃lis fuerit iste spõsus Joseph memẽto simĩ ⁊ illi⁹ magni p̃riarche vẽditi in egyptũ: ⁊ scito ip̃m istud vocabuluƺ nõ solũ sortitũ fuisse: sed ⁊ castimoniã adeptũ: innocẽtiã ⁊ grãm cõsecutũ Siquidẽ ille Joseph vẽditus in egyptũ dño suo fidẽ seruãs: dñe sue noluit cõmisceri. Jste herodianã inuidiã fugiẽs in egyptũ xp̃m portãs dñam suã dñi sui matrẽ ꝟginẽ. et ip̃e cõtinẽs fideliter custodiuit Jlli data ẽ intelligentia mysterij somnioꝝ. Jsti datũ est participẽ esse celestiũ sacramẽtoꝝ. Jlle frumenta fuauit nõ sibi soli sed ⁊ oi pplo. Jste panẽ viuũ de celo seruanduƺ accepit sibi ⁊ toti mũdo. Nõ ergo dubiũ: q̃n fidelis ⁊ bon⁹ homo fuerit iste Joseph cui mater dñi saluatoris desponsata extitit. Hec ille. Tertio ratione interp̃retatiõs siue significatiõis nois: q̃ Joseph interpretatur augmentũ vel incrementũ: quod optime ip̃i congruit sponso Marie. quia per hãc desponsationẽ q̃tum ad se q̃tum ad proximũ, ⁊ q̃tum ad deũ q̃plurimũ sublimatus fuit virtutũ ⁊ precipue castitatis augmento. Nam ⁊ ip̃e castitatem vouisse creditur cum cõiuge virgine ⁊c̃. sicut dicit Augu⁹. lib. de coniugali bono. Item auctus fuit fame celebritate, hoium reuerentia ⁊ dilectione. ac matris dei familiaritate. Tertio ratione testificationis vt scƺ ip̃e Joseph spõsus castus: testis esset ⁊ custos castitatis b. ꝟgis. de h̃ ifra eo. li. par. vi. articu. iij. cap. i. latius habes Ca. XII

Duodecima stella: q̃ gliatꝰ btã virgo dĩ habitaculi p̃claritas. Nã in p̃clara ciuitate. Nazareth bitare debuit b. ꝟgo dñ xp̃m ꝯcipet vt ip̃leretꝰ illud ꝓphicũ Esaie. xi. Egredietꝰ ꝟga de radice yesse, vbi ꝭm ꝟitatẽ hebraicã habetꝰ: ⁊ Nazare⁹ de radice ei⁹ ascẽdet. Vñ ⁊ Mathei. ij. scribitꝰ ꝑ ꝓphas esse dictũ: q̃m nazareus vocabitꝰ nomẽ ei⁹ ⁊c̃. De h̃ lati⁹ infra eodẽ li. ꝑ. vi. ar. i. ca. iij. habetꝰ. Neniƺ ꝓlixitas tediũ generet: hec breuius ꝑtranseo: et vt reuertamur sicut ceperamus in

hac pte pcedere ad modū hystoricū: quē si placuerit tenere potes p omnes dictas stellas pcedēdo: tanq̃ si sapia dei per dictas oēs auctoritates et rōnes adductas docuerit dauid interrogantē. Jā igit his habitis possum⁹ cōtēplari: q̄ dauid gr̄as egit de bona in formatiōe. d. Uere magnus dn̄s noster ⁊ magna virtus ei⁹ et sapiētie eius nō est numer⁹. Om̄ia in sapiētia fecisti dn̄e: impleta est terra possessione tua. Reuersus quoq̨ ad pr̄es ait cum gaudio: Cantate dn̄o canticum nouum: quia mirabilia fecit. Notū fecit dn̄s salutare suū in ɔspectu gen. reue. iusti. suā. Exposuit q̨ omēs cōditiones pmissas quas debuit habere dei genitrix. Tūc sancti patres cōmuni consilio miserunt dauid ad nazareth: vt videret si aliquā talem possit repire. Conspiciēs quoq̨ in spiritu beatā virginē mariam desponsatā ioseph virginē pulcherrimā esse ⁊ omni gr̄a plenā ⁊c: dixit ad eā: Audi filia et vide ⁊ inclina aurē tuam et cōcupiscet rex decorē tuum quoniā ipe est dominus deus tuus ⁊c. Respondit maria: Paratum cor meū paratum cor meum cantabo ⁊ psallam in gloria mea. Dauid igit accedēs ad dominū ait: Inueni locum domino tabernaculum deo iacob. Surge domine in requiem tuam tu et archa sanctificationis tue. Tunc deus pater misit angelos ad vidēdum beatā virginē quā dauid cōmēdauerat. Qui venientes ad eam dixerunt inter se: Hec est que nesciuit thoꝝ i delicto habebit fructum in respectione animarū sanctarū. Sap. iiij. Et regressi cōmendauerūt eam in domo sūmi regis: laudātes eam et dicētes: O q̄ pulchra est casta generatio scȝ beate virginis cū claritate omnis virtutis et gratie. Immortalis em̄ ē memoria eius que ⁊ apud deū nota est et apud homines. Sap. iiij. ca. Intuens ergo deus pater eam: dilexit eā ⁊ ait illō Sap. viij. Hanc amaui ⁊ quesiui spōsam mihi assumere eam ⁊ amator factus sum forme illius. Deniq̨ dei filius intuēs eā ait: Hec requies mea in seculū seculi hic habitabo quoniam elegi eā. Et spūssanctus dixit. Oportet eā mihi preuenire in benedictionibus dulcedinis. Requiescet ergo super eam spiritus domini sapientie ⁊ intellectus ⁊c. Esa. xi. Et tūc decreuit deus vt mittatur angelus ad eam qui salutet eam nouo munere ditandam: ⁊ eius assensum requirat: quo facto dei filium in vterū suscipiat. Dauid ergo regressus cū gaudio ad pr̄em ait: Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Om̄es q̨ sancti patres in laudē virginis assurgentes cecinerūt dicētes: Tu gloria hierusalē: tu honorificētia populi nostri. Idcirco eris benedicta in eternū. Judith. xv. Et nos igitur carissimi: quāta possum⁹ deuotione deū in gloria sue dignissime genitricis collaudem⁹: ei gratias p tanto bn̄ficio agētes: damem⁹ vt nob̄ gr̄a ⁊ gl̄a donet

Tertia pars et sermo tertius primi libri agit de angelica nunciatione siue missione. Et circa hoc qualiter apparuerit btē virgini angelus et quali dignitate.

Missus est angelus

m Gabriel a deo: in ciuitatē galilee cui nomen Nazareth: ad virginem desponsatā viro: cui nomē erat Joseph de domo dauid ⁊ nomē ꝟginis Maria Luce. i. Si premissa charissimi pensamus sacri euangelij verba: cōperimus q̄ maxima cordis deuotiōe venerari debeamus sctm̄ Gabrielē archāgelū missum a deo ad bn̄dictā ꝟginē. Nimirū ex trib⁹ precipue quilibet legatus reddit multū cōmendabilis ⁊ dignissima reuerentia suscipiendus. Primo quidem ex mittentis dignitate. Secundo ex negocij pro quo mittitur arduitate. Tertio ex persone ad quā mittitur maiestate. Sic per omnia ipe angelus Gabriel multū nobis reddit amabilis pariter ⁊ venerabilis: tū q̨ mittitur a summo oīum creatore deo infinite dignitatis: tum quia in negocio super omnia arduissimo diuine incarnatōis nobis quoq̨ vtilissimo innititur: tum quoq̨ q̨ ad benedictā virginē mariā: celi reginā et mundi dominā mittitur salutandū ⁊c.

quatenus ipo annūciāte dei filius in vir/ gineū descēdat vterꝝ ꝛ visitet nos exoriēs ex alto. Sicut quippe in vere qñ philomena canit dulciter: consueuit ros celestis descendere: ita cum hec philomena cele/ stis videlicet gabriel cantū illum mellifluum videlicꝫ: Aue gratia plena cecinit dei filius e celo in vteruꝫ virginis descēdit ꝓ nostre salutis opatiōe: ꝓpterea euāgelista lucas in verbis sacri euāgelij hec tria de isto sanctissimo gabriele enūciat. d. Mis/ sus est angelus gabriel a deo: ecce mittentis sūma dignitas. quia a deo. Itē ad vir/ ginē desponsatā viro ꝛc. Ecce ipius ꝑso/ ne ad quā mittitur sublimitas. Tandem in sequentibus clarescit rei ꝓ qua missus est arduitas: scꝫ incarnationis diuine: sic patet in processu verborum eius ad virginem benedictaꝫ ꝓlatoruꝫ. De hac igitur angelica missione ꝛ annunciatione loqui intēdētes tria misteria notabimꝰ ꝑ ſmōe.

Primū misteriū angelice nnnūciatiōis siue missiōis
Secundū dicitur misterium qualifice apparitionis.
Tertium dicit misteriū dignifice obseruationis

Articulus primus ꝙ misteriū diuine incarnatiōis debuit ānū- ciari virgini per angeluꝫ gabrielem. Ca. I.

P Rimū misterium angelice missiōis ꝛ annūciationis. Circa qꝺ q̄tuor ꝑcipue occurrūt questiōes. Prima vtꝝ necessariū ꝛ ꝯgruū fuerit incarnationis misteriū btē ꝟgini annūciari. Se/ cūda q̄stio vtꝝ hec dñica annūciatio per nunciū tantūmō angelicū debuit fieri ꝛc. Tertia questio de quo ordine debuerit angelꝰ ad ꝟginē ꝓ hac annūciatiōe mitti. Quarta q̄stio vtꝝ cōgruentiꝰ gabriel inť oēs angelos debuerit ꝓ hac annūcia/ tiōe faciēda eligi. Ad primā q̄stionem qua querit: vtꝝ necessariū fuerit ꝛ cōgru/ um incarnatiōis misteriū btē ꝟgini annū ciari. Arguit ꝙ nō q2 deꝰ cū sit ꝓpinq̄ssimꝰ hūane meti q̄ solꝰ imediate il labit aie vt dicit Augꝰ. nō videť q̄re necessariū fuerit aliquo mediāte dei aduentū ꝟgini bñdi/ cte annūciari. Itē ista incarnatio dñi ꝑnūciata erat olim ꝑ ꝓphas Vñ Esa. vij. Ecce ꝟgo ꝯcipiet ꝛc. ḡ nō erat necessariū fieri ꝑ angelū. In cōtrariū ē diuine scri/ pture auctoritas ꝛ diuie ꝓuidētie ordo: q̄ nil incongruū admittit: ḡ cōgruū fuit an/ nūciari ꝛc. Ad q̄stionē igiť rñdeť ꝙ ne/ cessariū erat aunūciare btē ꝟgini ꝙ ipa es/ set xp̄m ꝯceptura ꝑlibꝰ rōnibꝰ ſm Tho. tertio scripto sniaꝝ di. iij. ar. i. Et iteꝝ. iij. ꝑte sūme. q. xxx. ar. i. Necnō ꝛ ſm Alb. su/ per missus est ca. i. Prio vt ꝟginis itel/ lectꝰ erudireť ꝛ illustrareť. Cū eñ mens deo vicinior sit ꝛ intimior q̄ corpꝰ: nō de/ cebat vt dei sapia eiꝰ vteꝝ inhabitaret si/ ne hoc ꝙ mens eiꝰ priꝰ fidei lumīe ꝛ cog/ nitiōe sūme sapie resplēderet. Et iō prius debuit mēs eiꝰ itelligere ꝛ cognoscere qꝺ in ea fiendū erat qꝺ ꝑ annūciationē factū est anq̄ carnē ꝯciper. Vñ Augꝰ li. ꝺ verbis dñi sic dicit: Beatior ē maria ꝑcipiendo fidē xp̄i q̄ ꝯcipiēdo carnē xp̄i Et subdit ibidē. Materna ꝓpinq̄tas nihil ma/ rie ꝓfuisset nisi felicius xp̄m corde q̄ cor/ pore gestasset. Hec ille. Secūda ratio vt virginis affectꝰ ꝛ actꝰ acceptareť. Nā deus nō diligit coacta seruicia sed sponta/ nea. vt. d. Augꝰ. iuxta illꝺ ps. Volūtarie sacrificabo tibi ꝛ ꝯfi. no. t. do. q. bo. ē. vnꝺ btā ꝟgo cū singlr et excellenter in dei ser/ uitiuꝫ eligeretur quē vtero portauit lacte aluit: brachijs baiulauit decuit vt eiꝰ ob/ sequium volūtariū angelo nūciāte require/ retur: ad quod se paratā ꝛ ꝓmptam obtu/ lit dicēs: Ecce ancilla dñi. Tertia rō vt virginis cōsensus exꝑmereť. Sicut eñ in mr̄imonio corꝑali requiriť exp̄ssus cōsen/ sus: multomagis in mr̄imonio sp̄uali: cū sit maior cōiunctio mentis q̄ carnis. Et ideo vt ostendereť eē quoddā sp̄uale mr̄i/ moniū inter dei filiū ꝛ hūanam naturam igiť per annunciationē angeli expectaba/ tur consensus virginis loco totius humane nature. Idcirco Augꝰ in sermone de natiuitate btē marie dicit: O beata ma/

ria seculũ oẽ captiuũ: tuũ depcatur assen/
sum. Te dña mundus sue fidei obsidem
fecit: Noli morari virgo: nuncio festinan/
ter tñde verbũ: ꝛ suscipe filium: da fidẽ ꝛ
senti virtutẽ. Ecce inquit ancilla dñi fiat
mihi fm verbũ tuum. Nec mora virgina
lem thalamum ingreditur xp̃s. Hec ille.
Quarta ratio addit fm Alb. vbi sup.
vt deus magis honoraretur ꝛ hõ instrue/
ret. Nã de⁹ in hac annũciatiõe honoraba
tur quantũ ad potentiam in eo ꝙ angelos
mistros habuit: et quantũ ad sapiam: in
eo ꝙ modus nr̃e liberationis mõ pditio/
nis directe obuiauit: cũ ꝟginẽ p angelum
bonũ docuit: sicut angelus mal⁹ virginẽ
euã decepit. Item hõ instruit ad deuotio
nẽ in eo ꝙ humana natura abiecta deo et
angelis inimica a deo prioꝛ p angelũ salu
tat: ꝛ in hoc etiã deus honorat quantũ
ad bonitatẽ: que ex hoc resplẽdet ac chari
tatẽ: deniqꝫ ex hoc hõ instruit ad fidẽ: ad
obediendũ deo ꝛ ad humilitatem exẽplo
btẽ ꝟginis ꝛc. Et p hec p̃missa patet
rñsio ad primũ argumentũ in ꝯtrarium.
Ad scdm aũt rñdet fm eũdẽ Tho. vbi
supra. ꝙ licet ꝓphetia p̃destinationis cõ/
pletur sine nostro arbitrio causante: nõ tñ
sine nostro arbitrio ꝯsentiẽte ꝛ sic p3 ꝛc.

Capitulum. II.

Ecũdo querit vtrũ hec dñica an/
nunciatio tantũmõ p angelicum
nunciũ debuerit fieri: Videt ꝙ
debuerit annunciari vicꝫ p aliquẽ ꝓphã
quia incarnatio xp̃i notificabat ꝛ prenun
ciabat in veteri lege p hoĩes: vicꝫ ꝓphas
et patriarchas ergo ꝛ ipi beate virgini de
buit nunciari p ꝓphetam. Preterea su/
perioꝛ non debet instrui p inferiorẽ: Sed
beata virgo supioꝛ fuit angelis qꝛ deo ac/
ceptioꝛ: ergo nõ debuit sibi p angelũ ꝯcep
tio annũciari. Itẽ ꝯfirmat qꝛ summis an
gel' fit reuelatio imediate a deo ꝓpt ipoꝝ
dignitatẽ: sed mr̃ dei ẽ sup oẽs exaltata g
videt ꝙ imediate sine omi angelico nun/
cio sibi debuit fieri reuelatio a deo d icar
natiõis misterio. Preterea btã ꝟgo ex
lumĩe fidei ꝛ grẽ cognoscebat deũ incar/
nandũ et credebat hoc fidelissime que ad
hoc in vtero erat sanctificata. Iõ non vi/
det ꝙ p angelũ hoc sibi debuerit reuelari
In cõtrariũ ẽ dispositio diuĩe sapĩe sicͭ
testat sacrascriptura missus ẽ inqͭ angel⁹
ꝛc. Ad questionẽ Rñdet fm Tho. vbi
s̃ ar. ij. Necnõ fm magnũ Alb. vbi s̃. ca.
ij. ꝙ misteriũ incarnatiõis null⁹ hoim de/
buit btẽ ꝟgini annũciare: qꝛ inferioꝝ ẽ re
cipe a supioꝛib illuminationẽ. vt dic dio.
de angelica hierar. Sed null⁹ hoim fuit
btã ꝟgĩe supioꝛ q̃ oẽs ꝓphas ꝛ sctõs p̃cel
lebat lumĩe grẽ ꝛ merito scitatꝫ g ꝛc. Li/
cet aũt btã ꝟgo fuerit etiã angelis supioꝛ
fm acceptationẽ diuĩe p̃destinatõis ꝛ ꝙ̃
tũ ad dignitatẽ ad quã diuinit⁹ eligebat
Erat tñ eis inferioꝛ ꝙ̃tũ ad statũ. qm ipa
in statu p̃ntis vite erat: angeli vero in sta
tu prĩe. Nec mirꝝ hoc. qꝛ etiã ipe xp̃s rõne
passibilitatꝫ vite paulominꝰ ẽ ab angelis
minorat⁹. Sed tñ qꝛ xp̃s fuit viator ꝛ com
p̃hensoꝛ quantũ ad cognitionẽ diuinoꝝ
nõ indigebat instrui: sed mr̃ dei nondum
erat in statu cõprehẽsoꝝ ꝛ iõ de diuio con
Ad questiōem ḡ respondet̄ ſm catholicos doctores. ꝙ xp̄s nō debuit alibi concipi q̄ͣ in Nazareth. Primo ꝓpter ꝓphetiam Isa.xi. Egredietur virga de radice iesse: vbi ſm veritatē hebraicā habet̄. Et nazareus de radice eius ascendet. Scd̄o ꝓpter nominis cōuenientiā. Naz ſm Bern. ⁊ Alb. sup̄ missus est. Necnō ſm Franciscum maronis qui hanc materiā latius et luculentius prosequitur dicens ꝙ ciuitas Nazareth cōceptui christi decentissime cōgruit ſm ei⁹ interp̄tatiōes. Nā p̄mo ſm Hieronymū Nazareth interpretat̄ munda ⁊ sic cōuenit cōceptui xp̄i de virgiē mūdissima que tanta puritate nituit qua maior sub deo nequit intelligi: nec sicut ceteri cū labe peccati est cōceptus. sed sine omni peccato.. Secūdo interpretat̄ nazareth id est florida. ⁊ hoc conuenit xp̄i cōceptui. quia sicut flos gignitur ex purissimis et subtilissimis virgule humorib⁹ absq̄ corruptione virgule. Sic xp̄s de purissimis virginis sanguinib⁹ est ꝯceptus absq̄ omni corruptione. vt dicūt Dama. ⁊ Dyoni. de diui.no. Tertio interpretatur nazareth id est sanctus ⁊ deuotus. ⁊ hoc cōpetit. quia in ista cōceptione mater dn̄i fuit plene sanctificata. iuxta illud ps̄. Sanctificauit tabernaculū suum altissimus. ⁊ sic claret responsio. Ad argumentū in contrariū respondet̄ ſm Alb. vbi supra Q̄ꝫ hec conceptio debuit fieri in loco sanctissimo ⁊ dignissimo. Sed non locus sanctificat hominē vl' dignificat quin potius ecōuerso videlicꝫ homo locū dignificat ⁊ sanctificat. vnde dignitas loci ⁊ sanctitas est ab hoīe dignificāte vel sanctificāte. Itaq̄ in oratorio beate virginis fuit dignissima habitatio: tū q̄a sanctissima virgo sup̄ omnes creaturas ibi habitauit: tum q̄a ibi exercebatur nobilissima opatio videlicꝫ orationis ⁊ contemplationis ⁊ humilis deuotionis benedicte virginis que sup̄ omnia grata erat deo ⁊ omīa sacrificia p̄cellebat. Dign⁹ ergo fuit hoc oratoriū illo templo iudaico in quo fiebat materialiū thaurorū mactatio ⁊ thurificatio. Amplius ꝓpter secretū quod huic cōgruit ministerio non decebat vt hec cōceptio fieret in templo sed magis in illo secreto ⁊ dignissimo beate virginis oratorio debuit xp̄us concipi ⁊ sic parꝫ. Penset ergo quęq̄ fidelis aīa quāto ordine diuine sapientie dei filius est ꝯceptus. quoniā dignissimū

sibi locũ elegerit cõceptionis videlicz oratoriũ beate virginis. O anima mea si aliqñ affuisses i illo oratorio sacratissimo ibi vidisses quõ btã virgo Maria lachrymis pfusis deũ sepius exorabat p redemptiõe humani generis. Ibi vidisses manus eius sacras in celũ eleuatas. vultũ serenũ leuatum: ibi ieiunio dieũ ptranseuntẽ totisqȝ cordis intimis humiliatã. O quid tũc fecissem. quãta humilitate me ipsi recõmendassem vt p me exorasset. Utiqȝ dixissem O gloriosissima virgo o celi regina o domina mũdi ora pro me ne absorbeat mundus: ne deuoret diabolus: sed tuus me suscipiat iesus zc̃.

Articulus secũdus de temporis plenitudine et pfectiõe: quo scȝ tempore christus est conceptus a virgine. Ca. I.

Ecundum miste riũ dicit tempalis plenitudinis zc̃. Circa qd ẽ notandũ ꝙ christus p suo aduentu et conceptione obseruauit triplex tempus.

Primũ dicitur tempus plenũ.
Secundũ dicit tempus electũ.
Tertiũ dicit tempus etatis pfectum.

Primo inquã obseruauit tempus plenum. Unñ apłus galath. iiij. dicit. At vbi venit plenitudo tempis misit deus filium suũ factuȝ ex muliere. factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. Ista auctoritas apostoli nõ est ptereunda silentio qa ptinet aliqs difficultates. Unde bonauẽtura circa hoc mouet tria dubia sup iij. sniaꝝ. dist. i. in questionib circa lrãm.

Primũ dubiũ circa hoc ꝙ dicit. At vbi venit plenitudo tempis. Quõ videlicz vl quare dicat plenitudo tpis in aduẽtu filij dei fuisse cuȝ nondũ sit finis mũdi. Nam in fine mundi implebit omne opus dei et numerus electorũ. Et tunc euacuabit qd ex pte est. nũc autẽ ex parte cognoscimus. i. Corinth. xiij. Et idcirco dicit z videtur ꝙ tantũmodo p fine mundi erit tempus plenitudinis. Ad qd respondet idem Bonauentura scor. Tho. iij. scripto sniaꝝ. dist. i. z Alexan. de hal. ꝙ tpus incarnationis dicit tempus plenitudinis sex causis.

Primo quia tunc deus impleuit qd ab eterno pfinierat vt scȝ mitteret filiuȝ suũ. z sic tunc deus impleuit suã de filio pmissionem. Secũdo qa tũc adimpleta est lex z omẽs figure veteris testamẽti p xp̃m Matth. v. Nõ veni soluere legem sed adimplere. Tertio pter plenitudinẽ grẽ que fuit in christo. iuxta illud Coll. ij. In christo habitat omis plenitudo diuinitatis corpaliter. Quarto pter plenitudinem generatõis. qa cũ sit quadruplex modus generatiõis homis. Primus modus nec de viro nec de muliere sed de terra sic Adam. Scd̃us de solo viro sicut Eue formatio. Tertius prolis de viro et muliere Quartus de sola muliere. Ista quarta est cõsumpta in christi incarnatiõe. Quinto pter pfectionẽ vniuersi. qa tũc ad maximã cõpletionẽ vniuersum venit quãdo creature omẽs in homie ad suũ principiũ redierunt: hũana natura a deo assumpta.

Sexto pter magnitudinẽ eius qd in tempe illo accidit. qa in tempe illo natus est dñs tempis. Et ita factum est aliquid maius tempe qd tpus impleuit. Has vltimas rões posui sm Tho. tm. pmas aũt quattuor sm Bonãuen. z Alexan. Ad illud vero qd obijcitur. dicendũ ꝙ est plenitudo grẽ nature z glie. Autoritas autẽ apłi intelligẽda est de plenitudine gratie z nõ glie qr plenitudo glie i futuro erit cũ mundus finẽ hẽbit. z resurrectio corporũ erit ac numerus electoꝝ cõplebitur. Secundũ dubiũ de hoc ꝙ dicit factũ ex muliere. qa in Symbolo id negatur vbi dicit Genitũ ñ factũ. Rñdeo ꝙ xp̃s sm diuinã naturã ita est genitus ꝙ nõ factus: qa non est creatura. scd̃m vero naturam humanã nõ ita est genitus ꝙ factus qa cõceptus fuit a virgine. faciente diuina virtute. Unde angel' ait. Uirtus altissimi obumbrabit tibi. Hec bonauẽ. vbi. s. Tertiũ dubium de hoc ꝙ dicit factũ sub lege. qa xp̃s nõ tenebat implere mandata legis. ergo nõ videt ꝙ sub lege essec factus. Ad qd dicit idez Bonauẽ. vbi supra. ꝙ esse sb lege dicit trib modis. vel quantũ ad causaz vł

quantū ad obseruationē. vł quantum ad motiuū. Quantū ad causaʒ sūt illi sub lege qui nati sūt sub veteri testamēto. quantū ad obseruationē sūt iusti qui legē obseruāt. quantū ad motiuū sūt illi q̄ timore seruiunt. xp̄s ergo nō fuit sub lege quantū ad causaʒ vel quantū ad motiuū. sʒ solū quātum ad obseruationē. Aliter tn̄ q̄ʒ alij homines: q2 alij obseruauerūt legē ex obediētia obligatoria: Christus aūt ex obediētia spontanea. q̄ se mera liberalitate subdidit legali obseruātie: vt nobis exemplū daret vere obediētie. Hec bonauē. Patet ḡ quō xp̄us in plenitudine temporis sit cōceptus.

Ecūdo xp̄us obseruauit Ca. II. S temp⁹ electū ꝛ determinatū ꝑ suo aduētu. Nam s̄m btū Tho. iij p/te sūme. q. xxxv. Quo ad temp⁹ differētia est inter xp̄m ꝛ alios hoīes. q2 alij homīes nascunẜ sub necessitate tp̄is: ideo subiecti sūt tempori. Christus aūt tanq̄ʒ dn̄s ꝛ cōditor oīm temporū elegit sibi tp̄us in q̄ cōciperetẜ ꝛ nasceretẜ sic elegit sibi matrē ꝛ locum a qua ꝛ vbi ɔciperetur. Nos aūt q̄a nō oīm tempoꝝ ꝛ locoꝝ ꝓportiones ɔgnoscimus: ɔgruitatē tp̄is ꝛ loci quare videlʒ xp̄us hoc tp̄e ꝛ loco ac nō alio ɔceptus sit vel natus ex hoc accipe oportet q̄a deus q̄ est oīm tempoꝝ dispensator ꝑfecte ab eterno cognouit ꝛ tp̄us ɔgruū ꝑ sua incarnatiōe elegit. Et s̄m hoc ɔgruētie rōnem dignam exquirere. Itaq̄ʒ xp̄s deus ꝑ sua sacra ɔceptione nō incōgrue elegit certū tēpus. Primo quidē ex omib₉ annis elegit sextuʒ annoꝝ millenariū ꝛc. Scd̄o ex omib₉ mensib₉ anni elegit menseʒ martiū. Tertio ex omib₉ dieb₉ mensis elegit diē ebdomade sextū. Quarto q̄ʒ ex omib₉ horis elegit sibi horā q̄ tenet noctis mediū. Et ista sūme sapie ꝓuidētia vt claret rōnabilr̄ singuloꝝ ɔgruētias tempoꝝ ɔsiderando. Primo inquā elegit deus ꝑ sua incarnatiōe sextū annoꝝ millenariū Nam s̄m orosiū sexto millenario annorū a ꝑncipio mūdi currēte ɔceptus est q2 s̄m eundē. quinq̄ʒ milia ꝛ insuꝑ ducenti anni minus forte vno anno ɔputanẜ a ꝑncipio mūdi vsq̄ʒ ad xp̄i incarnationē. Hoc autē ɔgruebat misterio ꝑmaxie s̄m Bonauentu. vbi supra. Ut sic ꝑmus homo erat cō/ditus ad totius mundi cōplementū sexto die. Sic scd̄us homo scʒ xp̄s icarnaretẜ sexta etate ꝛ sexto millenario annoꝝ ad totius creature ꝑfectionē. Scd̄o ex omib₉ mensib₉ elegit menseʒ Martiū qd̄ quidē sūme ɔgruebat triplici rōne. Primo ratiōe ɔformitatis. q̄a s̄m Bern̄. decebat vt reparatio humani generis fieret per similia ad lapsuʒ. Sed q̄a vetus hō scʒ Adaʒ fuit in mense martij formatus ꝛ in paradiso collocatus ac inde ꝓpter pct̄m eiectus. ergo ꝛ scd̄us adam debuit tali mense formari in vteroq̄ʒ virginali collocari ꝑ reparatione hoīs. vt sicut mūdus cepit initium creationis in mense Martij in quo ꝑmū signū celi scʒ aries habet soleni vbi et prim⁹ punctus equinoctij stat. Ita ꝛ hoc mense exordiū sumat reparatōis. Scd̄o ratōe nouitatis. Nam vt dicit Isido. v. li. ethimolo. Martius appellaẜ ꝓpter martē romane gentis auctorē. ꝛ interpratur quasi mensis nouoꝝ. ɔuenienter igiẜ tali tempore concipi debuit auctor mūdi xp̄us in cuius cōceptiōe facta sūt multa noua scʒ noua salutatio angeli. noua virginis cōceptio noua diuinitatis in carnē descensio. ꝛ insuper facta est oīs creature renouatio in hominis cui subiecta sūt oīa reparatione. Omnis quippe creatura antiquata erat ꝛ a proprio vsu elongata. quia oīs creatura ideo facta est vt seruiret homini deo subdito ꝛ sine peccato existenti. quoniam ergo homo peccauit oīs creatura sibi seruiēs id est peccatori homini. debito vsu caruit. Christo autē incarnato restituta est: q2 christo homini oīs creatura ministeriū exhibuit: qui solus sine peccato fuit ꝛ sic impletū est illud Apoca. xxi. Dixit q̄ sedebat in throno id est ꝟginali vtero. Ecce noua facio oīa. Tertio ratiōe gratiositatis vł deliciositatis q̄a mensis martij est homib₉ deliciosus ꝛ gratus. q̄a tunc aer est tem̄patus. et iam ꝑtransito hyeme oīa incipiunt virescere. tunc vestitur tellus herbis ꝛ in florem pulchritudinis cūcta erumpunt. vnde ꝛ ver dictus est q̄a viret. vt dicit Isido. li. ethimo. Ita cōueniebat vt eo mense nobis abundantia diuine

gratie prestaretur. z eius severitas tempa retur. hyeme q3 culpe qua terra nostre hu manitatis aruerat recedente viresceremꝰ z floresceremus in gratia christi renouati

Tertio deus ꝑ sua incarnatione ex om nibꝫ diebꝫ elegit diem sextū. i. feriā sextam. Et h̄ rationabilissime ſm Fran. maronis qa Adam fuit formatus sexto die z codez die peccans de paradiso fuit exclusus. Ita cōuenientissime christus feria sexta in vte ro virginis est formatus. z etiā feria sexta ꝑ redemptione hominū in cruce mortuꝰ.

Quarto elegit ex omnibꝫ horis noctis mediū. vt eni cōmunius a catholicis tene tur q̄uis varie opiniones apud doctores de hoc habeant. tn̄ verisimilius tanq̄ ma gis consonū scripture atq3 rationi. credit q angelus beate virgini annūcians appa ruit in sero diei. Et durāte sctō dialogo in ter angelum z benedictā virginē vsq3 ad mediū noctis. tūc benedicta virgo ait Ec ce ancilla domini fiat mihi zc. Et tūc chri stum concepit. z post hoc angelus eā cōso lans circa aurorā recessit. Et hec omia ꝓ babilitatē habent ex triplici ratiōe. Pri mo ratiōe scripture. Nam ad galath. iiij. aplꝰs ait: Cū venit plenitudo tempis mi sit deus zc. Plenitudo quippe diei est in se ro. z ideo videtur q tūc angelus apparuit quē deus misit vt filium suū virgini in ꝓ ximo mittendū annūciaret. z tūc deus pa ter filij missionē ꝑ annunciationē inchoa uit. Denicq3 q i hora noctis medie sit chri stus conceptus. accipi potest ex scriptura Sap. xviij. Dum mediū inquit silentiū te nerent omia z nox in suo cursu mediū iter pageret: omipotens sermo tuus dn̄e a re galibꝫ sedibꝫ venit. Ex quo manifeste cla ret ꝓpositum q hora noctis media verbuz dei descendit in vterū virginis benedicte

Secūdo ratiōe priuilegiorū huius ho re. Nam ista hora medie noctis magnoꝝ operū diuinoꝝ ꝓuilegijs siue misterijs est cōsecrata. Primo quidē misterio nati uitatis qa nocte media creditur fuisse na tus: qua hora pastores custodiebāt vigili as noctis. Luc. ij. ꝓpter quod eccl'ia canit missam in nocte natiuitatis dn̄i. Scdo misterio passiōis z captiuitatis. q2 media nocte credit fuisse eius passio inchoata cū tūc sit captus ligatus z alapis cesus. teste Bonauē. Tertio misterio liberatōnis. q2 ista est hora in qua trāsiens angelus do mini ꝑ Egyptū interfecit omne ꝓmogeni tū z filij israel exire ceperūt de captiuitate egyptiaca. vt habet Exod. xij. Quarto misterio vltionis q2 ſm Hiero. in ānalibꝫ suis. In hora natiuitatis media. s. cū xp̄s natus est. extincti sūt omēs sodomite qui erāt in mūdo. Propterea nō incōgrue pu tatur z ista hora xp̄m fuisse cōceptū. Hec ꝓmissa fran. maronis vbi supra. Tertio ꝓmissuz dictū ꝓbabilitatē habz rōne ꝯsue tudinis ecclesiastice. Nam a tpe ꝓpharuz veteris testamēti legit q ista hora medie noctis a sanctis patribꝫ fuerit ad laudem dei ꝯsuetudinarie deputata dicente. ps. Media nocte surgebam ad ꝯfitendū tibi sup iudicia iustificatōis tue: que quidē iu stificatio peccatoꝝ in gr̄a nostri redempto ris z eius fide acquirit z a ꝓncipio est ac quisita. Itē ꝯsuetudo nūc tenet in eccle sia q hora serotina signū fit ad salutatōez btē ꝟginis. z simil'r hora aurore ad signi ficandū vt cōiter putatur q hora serotina angelus btām virginē salutauerit. z hora vt premissuz est aurore recesserit. Et idcir co in signū iocunditatis ꝑ filij dei incarna tione in aurora fit signum. Unde ex om nibus iam dictis claret tempus electum ſm opinionem communiorem pro christi conceptione.

Capitulum. III.

Tertio in sua incarnatiōe xp̄us ob seruauit tpus ad etatē perfectā re quisitū. Et hoc ꝓmo ex pte mūdi. qa si queras quotta etate mūdi xp̄s sit in carnatus. dico ſm Bonauē. sup. iij. dist. i. circa l'ram. z ſm Fran. marōis. q in sexta etate. in qua quidē est plenitudo z ꝑfectio vt sicut mūdus in sexta die est consuma tus: sic in sexta etate sit reparatus. Ita q prima etas fuit ab Adam vsq3 ad Noe. Secunda a noe vsq3 ad Abraaz. Tertia ab abraam vsq3 ad Moysen. Quarta a moyse vsq3 ad Dauid. Quinta a dauid vsq3 ad Christum. Sexta a christo vsq3 ad Antichristum vel finem mundi. Hec

Bonauentura. Secundo ex parte ge/
nerationis humane. quia si queras quot/
ta generatiōe xp̄us sit incarnatus. dico φ
ab Adam vsq̄z ad xp̄m fuerūt generatio/
nes. lxxv. sic̄ habet Luc. iij. ca. in quo sunt
xv. lustrorū numeri designātes. xv. gradꝰ
quibꝫ i templū ascendebat in cantico gra/
duū ad plenitudinē laudis diuine. Hec
franc. maronis. Tertio ex pte ꝟginis
bn̄dicte. q̄z si queras ī qua etate btā virgo
ↄceperit xp̄m. dico φ post. xij. annū ⁊ pepe
rit ante. xiij annū. q̄a hoc tpus sez. xij. an/
norū i puellis habz plenitudinē ⁊ pfectio/
nē ad ↄcipiēdū p̄mo. vt pz extra de despō
sa. impube. ca. puberes. ⁊ ca. cōtinebāt. de
hoc latius li. xi. pte p̄ma ca. iij. ⁊ sic ptz ⁊c̄.

Tertius articulus de modali habitudīe virginee desponsationis ⁊ angelice legatōis atq̄z materne iocundatōis que cōcurrerūt in christi cōceptiōe. Ca. I.

Ertium misteriū declarandū ē modalis habitudinis. Circa qd̄ trifariū modū inuestigabimus.
Primo modū virginee desponsatōnis.
Scd̄o modū angelice legationis.
Tertio modū materne iocundationis
Primo quidē modū virginee desponsa
tionis vbi tria īuestigant ad p̄sens. Pri
mo q̄re voluit deus btām virginē anteq̄z
ex ea ↄciperet fuisse desponsatā. Scd̄o
vtz verē ⁊ legittime potuerit ipsa bn̄dicta
virgo manēte ꝟginali ꝓposito desponsari
Tertio q̄liter ipsa vel q̄li modo ⁊ ordi/
ne sit desponsata. Ad primū q̄re videlz
voluit xp̄us cōcipi de virgine desponsata.
Sciendū φ huiꝰ p̄tes ponunt rōes s̄m
Amb. ⁊ alios doc. Naz s̄m lyraz in postil
la sup Matth. ⁊ Luc. ⁊c̄. ↄcor. Tho. iij. p
te sūme. q. xxix. arti. i. ⁊ Alb. sup missus est
ca. xl. ⁊ alios tractatores huiꝰ rei possunt
notari. ix rōes inter alias magis efficaces
⁊ spēales. tres q̄dē rōes ex pte ꝓlis ⁊ tres
ex pte mr̄is. ⁊ tres ex pte humani generis
Primo inq̄ā ex pte ꝓlis cōuenientēs fuit
xp̄m de mr̄e virgine desponsata nasci tri/
plici rōe. Prima est ne xp̄s a iudeis pos
set rōnabilr̄ sic̄ illegittimꝰ repudiari ⁊ nō
sic̄ xp̄us verꝰ extimari. Scd̄a est vt dia
bolo hoc sacramētū celaret ne videlicz cō
tra eū nocumēta vehemētius ꝓcurasset ⁊
etiā vt sic diabolus falleret. Vn̄ orige. dic̄
ipsam ideo fuisse desponsatā vt ptus eius
diabolo celaret. Licz enī diabolus ꝟtute
sue nature potuisset ↄgnoscere matrē dei
nō fuisse corruptā sed virginē. ꝓhibebat tn̄
a deo ↄgnoscere modū partus diuini ne re
demptionē humani generis ipediuisset. ⁊
christo mortē nō intemptasset. Tertia
ratio vt puulus dn̄s iesus a ioseph nutri/
retur ⁊ haberet eiꝰ matri ꝓpter psecutiōez
herodis fugienti in Egyptū ⁊ redeūti mi/
nister non suspectus sed sibi ↄiunctus vt
sponsus. Itē ex pte mr̄is ꝟginis ↄueni
ens fuit eam esse desponsatā triplici rōne
Prima est vt ab īfamia preseruaret. vn/
de Ambro. sup Luc. dic̄. Ideo mater dn̄i
desponsata est ne intemerate ꝟginis adu/
reretur īfamia cui grauis aluus corrupte/
le videret insigne p̄ferre. Hec ille. addens
Alb. dic̄. Magna xp̄i hūilitas ⁊ charitas
in hoc ōndit q̄ potius voluit fabri filiꝰ re/
putari q̄z matrē infamari. Sed hic oc/
currit dubiū quō p hoc ꝓuisū sit fame btē
ꝟginis cū anteq̄z ioseph ⁊ btā virgo ↄue/
nirent ad mutuo habitandū inuēta ē ma/
ria habēs in vtero. Matth. i. Sponsa enī
que extra domū sponsi ↄcipit redditur su/
specta. Ad qd̄ rn̄detur s̄m Criso. ↄcor.
Lyra ī postilla φ btā virgo sic fuit despon
sata a ioseph φ etiā esset domi habitās ꝓ
tunc cū ↄcepit. Naz sic̄ in ea q̄ in domo cō
cipit intelligit ↄceptio maritalis. sic in ea
q̄ extra domū ↄcipit est suspecta ↄceptio.
⁊ ideo nō esset sufficiēter ꝓuisuz fame btē
ꝟginis p hoc φ fuit desponsata nisi etiam
fuisset habitās domi. ⁊ ideo euāgelista di/
cit φ voluit occulte dimittere eā q̄uis tn̄
domi esset habitās ꝓpter primā desponsa/
tionis fidem: nondū tn̄ interuenerat solen
nis celebratio nuptiaꝝ ꝓpter qd̄ etiā non/
dū cōuenerant. Cōsuetudo quippe erat
apud veteres multotiēs in domo h̄re de/
sponsatas ⁊ p p̄les dies anteq̄z ↄuenirent

carnaliter:orationib⁹ vacare. vt patet etiã
de Thobia ca. viij. eiusdē li. Sed dice/
res sequit᷑ ergo ꝙ in cõmuni ꝑplo credere
tur xp̃us fore filius Joseph. ⁊ ꝙ a ioseph
fuisset cognita mater dñi ante celebritatē
nuptiaꝝ solennem. Ad hec r̃ndet Am/
brosius sup Lucã dicēs sic. Maluit inq̄t
dñs aliq̄s de ortu suo ꝙ̄ de matris pudore
dubitare. Hoc est maluit dñs vt scilicet in
cõmuni dubitet᷑ de ortu virginali. putan/
do xp̃m filiũ legitimũ marie ꝯceptum ex
ioseph. ꝙ̄ vt putaret᷑ scȝ matrē adulterã/
sc. Vñ subdit amb. Sciebat eni͂ dñs tene
ram esse virginis verecundiã ⁊ lubricã fa
mam pudoris. Nec putauit ortus sui fidē
matris iniurijs astruendam. Hec Amb.

Secũda ratio ex ꝑte matris est vt ꝑ de
sponsationē beata virgo immunis a pena
redderet᷑ ne scȝ iudei eã tanq̄ȝ adulterã la
pidassent. vt dic̄ Hierony. Si eni͂ nõ pep/
cerunt xp̃o innocenti: a fortiori nõ pepcis
sent matri in odiuȝ xp̃i. Tertia ratio vt
mater dei nullo bono priuetur sed habeat
⁊ bonũ virginitatis ⁊ matrimonij ⁊ tandē
viduitatis. Sed ⁊ insup habeat in h̄ ma/
ximũ bonũ hũilitatis. vt q̄ͣto sit maior in
omnib⁹: tanto fiat ⁊ humilior vt sit mater
dei ⁊ vxor fabri. Itē ex ꝑte humani ge/
neris ꝯueniens erat matrē dei desponsa/
ri triplici rõne. Prima est ratio certifica
tionis. q̄ꝛ ex hoc magis certificamur ꝑ te/
stimoniũ Joseph sponsi xp̃m ex virgine es
se natũ. Ipse eni͂ est potior testis castitatis
sue sponse cõuiuēti. Non eni͂ talis iustus
vir scȝ ioseph fouisset eã ⁊ filiũ eius nutri/
tio more: imo dolore iniurie fuisset motus
ad vindicandũ obprobriũ. nisi cognouissȝ
esse sacramentũ diuinũ in virgine ⁊ eius
conceptu. Secũda ratio significatiõis
q̄ꝛ ꝑ hoc designat᷑ mentis vnio ad deũ. q̄ꝛ
ꝑ hoc vniuersa ecclesia designatur q̄ cũ sit
virgo. desponsata tñ est vni viro xp̃o. vt di
cit Aug⁹. li. de sctã virginitate. Itē ꝑ hoc
significat᷑ salus humani generis ꝑ lignuȝ
crucis. Vñ Cris. sup Matth. dic̄. Ideo
ioseph fabro lignario Maria desponsata
fuit. quoniã sponsus eccl'ie xp̃us oĩm salu
tem hominũ opaturus erat per lignũ cru/
cis. Tertia est ratio cõmendatiõis. q̄ꝛ ꝑ
hoc vtrunq̄ȝ scȝ ꝟginitas ⁊ m̃rimoniũ cõ/
mendat᷑ ⁊ bonũ fore docet᷑ cõtra hereticos
hoꝝ alteri detrahētes. ⁊ sic patet **Scda
questio.** Ad scdm ꝑncipale videlȝ vtꝝ
vere ⁊ legittime potuerit btã virgo manē
te virginitatis ꝓposito desponsari. Vide/
tur eni͂ ꝙ nõ: q̄ꝛ ipsa habuit votũ cõtinen/
tie q̄d obligabat ad ꝯtinendũ. Sponsalia
aũt obligant ad matrimoniũ ⁊ nubendũ.
ergo si obligabat se ad sponsalia venit cõ/
tra votũ virginitatis. Itē querit᷑ aut cõ
sensit in carnalē copulaȝ aut nõ scȝ in illa
desponsatiõe. si cõsensit ergo primã fidem
irritã fecit. q̄ꝛ vt dicit Aug⁹. Virginitatē
vouētib⁹ nõ solũ nubere sed etiã velle nu/
bere damnabile est. Si vero nõ ꝯsensit er
go nullũ fuit matrimoniũ. Preterea si
dicas ꝙ cõtraxit cũ adiecta cõditiõe. Con/
tra cõditio adiecta q̄ est cõtra substantiaȝ
m̃rimonij vel cõtra bona matrimonij īpe/
dit matrimoniũ. vt si dicat᷑ cõtraho tecuȝ
si generationē prolis euites. q̄ꝛ hoc est cõ
tra bonũ prolis. vel dicēdo donec inueniã
aliam digniorē: ⁊ similia q̄ꝛ hoc est cõtra
substantiã inseꝑabilitatis. Vel dicendo si
te ꝓ questu adulterandũ tradis et hoc est
cõtra bonũ fidei. Tales ⁊ siľes cõditiões
si apponant᷑ nil agitur. q̄ꝛ annullãt matri/
monium. xxij. q. iij. Inter cetera. xxxij. q. ij.
aliquãdo. ⁊ ca. solet queri. Extra de cõdi/
tionib⁹ appositis ca. vlti. Nisi preterea ta/
lis conditio remittat᷑ ⁊ sequat᷑ carnalis co
pula q̄ꝛ tunc iudicabit᷑ ꝓ matrimonio ſm
Ray. ⁊ Tho. Inno. et Hostieñ. ergo a si/
mili si dicã Cõtraho tecũ vt me nullomo/
do cognoscas nõ videt᷑ esse matrimoniũ ⁊
ꝑ cõsequēs nec videt᷑ esse matrimoniũ cui
cõtinentie votũ est adiectũ ⁊ cõditio adie
cta. vnde sequit᷑ ꝙ nulla fuerit illa īter Jo
seph ⁊ Mariã desponsatio sub cõditione.

In cõtrariũ est textus euangelicus. q̄ꝛ
missus est angelus ad virginē desponsatã
viro Luc. i. Et in plurib⁹ locis dicit᷑ ipsa
fuisse desponsata. Ad questionē istam
respondet᷑ ſm Pe. ⁊ omēs cõmuniter do/
ctores sup. iiij. dis. xxx. ꝙ duplex est ꝑfectio
matrimonij. Una quantũ ad esse que qui
dem fit ꝑ cõsensuȝ verbis de presenti exp̃s/

sum z hoc modo inter ioseph z Mariam
verū z pfectum fuit matrimoniū. Alia est
pfectio ex parte operis quod in matrimo/
nio fit per carnalis copule consumationē
z hoc modo scz quantuz ad operationem
non fuit perfectum: qa actus proprius ma
trimonij est carnalis copula: in quam vt
ibidem dicit Thom. virgo non consensit
explicite sed implicite a deo certificata. id
est si fuisset certificata et sic virginitatem
suam deo commisisse: licet ergo quantum
ad operationem non fuerit inter eos per/
fectum matrimonium: tamen quantuz ad
esse fuit verum et perfectum. quia vt dicit
Augu. Matrimonium non facit copula
carnalis sed pactio coniugalis. et q̄ facta
sint ibi coniugia pari voto ꝯtinentie. Pro
pterea z fm Alb. super missus est capitlo
xl. Ista desponsatio fuit possibilis quia li/
cet beata virgo habuit firmū propositum
et votum continentie: poterat tamen con
sentire in maritalem societatem facta ta/
men diuinitus inspiratione vtriqꝫ de alte
ro q̄ vellet virgo permanere z sic consen/
tire in coniugalem vel maritalem societa
tem: z non in copulam carnalem absolute
vbi autem videtur dicere Aug⁹. q̄ consen
sit in copulam carnalem nō est intelligen/
dum absolute. sed sic si deus vellet Et
per hoc soluuntur duo prima argumenta
facta in contrarium. Ad illud autem de
conditione adiecta contra substantiā ma/
trimonij q̄ non teneat matrimonium fm
iura. dicitur q̄ intelligendum est de condi
tione inutili z inhonesta z illicita. Condi
tio autem vtilis licita et honesta non im/
pedit matrimonium. Unde non est simi
le voto continentie: procuratio sterilitatis
vel euitatio prolis aut conditio separatio
nis z adulterationis ac similia. Cum etiā
coniuges post carnalem copulam possunt
pari consensu votum continentie emitte/
re. z si emiserint tenentur obseruare. et sic
pates Questio tertia. Ad tertiū prin
cipale huius primi capituli videlicet qua
liter fuerit beata ꝟgo desponsata propter
simpliciores auditores libent eius hysto/
riam narrare quā ex diuersis hystoriogra/
phorum dictis recollegi: et quantum li/
buit ad ratiōis veritatem reducendo vbi
discrepant. Hieronymus nanqꝫ descri/
bens vitam marie. et idem in epistola ad
Cromatium z helindiuz. Jacobus de vo/
ragine i sua legenda. Item auctor libri de
vita Marie z ceteri concorditer sentiunt
et rationabiliter. q̄ cū beata virgo in tem/
plo maneret hanc sibi regulam statuerat.
q̄ a mane vsqꝫ ad tertiam orationibus in
sisteret. A tertia vsqꝫ ad nonam textrino
operi vacaret. A nona ab oratione non re
cedebat: quousqꝫ angelus apparens escaz
sibi dabat: z sic quotidie in dei laudibus
permanens semper in eius oratione profi
ciebat. Cumqꝫ videret virgines alias in
dei laudibus agere ducebatur zelo nimio
bonitatis z agebat: vt in vigilijs esset om
nibus propior z promptior. In sapientia
legis dei eruditior: in humilitate z oratio/
ne deuotior: et in omni virtute perfectior:
ac moribus honestior. Hanc irascentem
nullus vidit: maledicentem nullus audi/
uit. Omnis autem sermo ita erat gratia
plenus: vt cognosceret in eius lingua esse
deus. Semper deum benedicebat. z esca
que quottidie de manu angeli accipiebat
ipsa sola reficiebatur. Que vero a pontifi
cibus templi accipiebat pauperibus diui
debat. Frequenter videbantur cum ea an
geli loqui. Si quis vel que ex infirmis vt
sanaretur tangeret eam eadem hora sana
batur. Uisis ergo eius sacris moribus et
virtutib⁹. Quidam ex pontificibus Ab/
iathar nomine obtulit magnam pecunie
partem pontificibus vt eam filio suo tra/
derent in sponsam. Prohibebat autē ma/
ria hoc a se dicens: Non potest hoc fieri vt
vir accipiat me in vxorem quia virginita/
tem voui domio. Uotum autem obligat
ad obseruandum Juxta illud psal. Uoue
te et reddite domio. Dicebant pontifices
et affines eius: Deus in filijs colitur z po
steris sicut semper fuit in filijs israel. Ma
ria respondens aiebat: Deus in castitate
primo omniū veneratur et adoratur. Naz
abel i castitate placuit deo. Et n fratre oc/
cisus coronam virginitatis et innocentie
obtinuit. Denıqꝫ helyas assumptus est a
deo: quia cum esset in corpore virginitatē

suaz custodiuit. Hoc in templo didici ab infantia mea ꝙ summe chara sit deo virginitas. Hoc ab angelis reuelatiõe certa cognoui. et ideo virginitatem meam altissimo deuoui. Factum est autem .xij. aut circiter etatis annuz Pontifex publice denunciauit vt virgines que in templo instituebantur et etatis tempus implessent domum reuerterẽtur: vt viris legittime iungerentur. Cuius mandato cum cetere paruissent. Sola virgo maria hoc facere nõ posse se respondit: tum quia parentes sui eam domini seruitio mancipassent. tum quia virginitatem suam domino deuouisset. Tunc anxiatus pontifex eo ꝙ nec contra scripturam que dicit Vouete et reddite: votum infringendum putaret nec morem gentium inducere auderet. Senioribus et pontificibus conuocatis ait: Nostis ꝙ ex quo templum istud est fundatuz fuerunt in eo regum filie et prophetarum sacerdotum et pontificum et magne atqꝫ mirabiles extiterunt que veniẽtes ad etatem legittimam coniugium adepte iuxta patrum priorum vestigia domino placuerunt. A sola maria nouus ordo agendi inuentus est: que deo vouit virginitatem. Quid igitur faciemus de ea cum et votũ seruandum sit: et priorum nostrorum consuetudo non dimittenda. Tunc omnium hec vna fuit sententia: vt in re tam dubia domini consilium quererent. Cum ergo orationi insisterent et pontifex ad consulendum dominũ accessisset ad sanctuariuz veste sacerdotali indutus: Mox de loco oratorij cunctis audientibus vox insonuit dicens: Vt quicunqꝫ de domo dauid nuptui habiles sine cõiuge essent. singuli virgas suas ad altare deferrent: ⁊ cuiuscunqꝫ virgula germinasset et in cacumine eius sm Esaie vaticinium spiritussanctus in columbe specie cõsedisset. Ipse proculdubio esset cui maria virgo desponsari deberet. Erat aũt inter ceteros viros sine cõiuge Joseph de domo dauid: cui cum incõgruum videretur vt virgam afferret. Solus ipse virgam ceteris afferentibus subtraxit. Cuius rationem quidam dicunt hanc ꝙ scz fuerit senilis etatis: et ideo pro incongruo habebat ducere tam teneram virginem in vxorem. Huius ergo dicti gratia questio oritur. Utruz ioseph quãdo beatam mariam desponsauit fuerit vetulus ⁊ senex. Et arguitur ꝙ sic. quia cuz ioseph diu ⁊ familiariter conuixerit et cohabitauerit Marie virgini in via: in domo in mensa: nunquã motus fuit ad libidinem: ergo videtur ꝙ fuit senio confractus ⁊ debilitatus ac frigidus. Nam si fuisset in robore virilitatis cur nõ fuisset motus ad concupiscentiam. Ad hoc protinus respondetur ꝙ ex hoc non cõcluditur Joseph fuisse vetulum: quia hoc ꝙ nõ mouebatur ad cõcupiscentiã fuit per virtutẽ spiritussancti que plus potest in reprimendo fomitem et conseruando castitatem ꝙ̃ senium. Fuit etiam ex abundanti gratia in maria virgine que vt dicit Alexand. de halis ⁊ Bonauentura in .iij. dist. iij. ꝙ̃uis esset pulcherrima a nullo tamen viro potuit concupisci. Nec eius aspectus vrebat aut inflammabat ad concupiscenduz: sed potius omnem concupiscentiam etiam in alijs aspicientibus extinguebat tanquã si quidam virgineus ros per oculos eius effluerer et corda omnium ad castitatẽ moueret. Si adhuc queras. Quare ergo ab ecclesia cõmuniter depingitur senex ioseph. Respondetur ꝙ hoc solitum est ad significandum castitatis virtutem in Joseph: quia etas senectutis est vita inmaculata. Sapientie .iiij. E contrario autẽ maledictus peccator centum annorũ. Esaie lxv. Unde sic pingi solet senex ne homies suspicarentur carnale aliquid de Joseph et Maria. vel quia vt dicit Oratius: Pictoribus atqꝫ poetis quodlibet fingendi sp fuit equa potestas ⁊c. Credendum est ergo ꝙ Joseph nõ fuit senio cõfractus qd ꝓbatur. Primo ex causa desponsationis vt scilicet obsequium prestaret virgini et puero Jesu tam fugiendo in Egyptuz ꝙ̃ redeundo et consequenter vsqꝫ ad perfectam pueri etatem deseruiendo. Constat enim ꝙ ad talia non fuisset idoneus senio cõfractus qꝛ talis eget potius vt ei seruiat

q̄ seruiat alijs. et sic onerosior potius fuisset Marie q̄ obsequentior. Secundo quoq̄ probatur ex auctoritate. Esaie. lxij. Habitabit iuuenis cum virgine et gaudebit sponsus super sponsam. Glosa interlinearis dicit. Habitabit iuuenis Joseph cum Maria virginne. Unde debuit esse iuuenis Joseph ad commendandum diuinū miraculum prophetice descriptū: de cohabitatione iuuenis cum virgine. Et quoniam etas iuuenilis s̄m Jsido. li. ethimo. xi. incipit ab anno. xxviij. et durat vsq̄ ad annū. l. Naz dicit q̄ infantia septem annis finitur: preterea pueritia eo q̄ pura dicit(needū ad generādū apta) i viris durat vsq̄. xiiij. annū. Jnde vsq̄ ad. xxviij. annū durat adolescētia. i. ad gignendū adulta. Deinde vsq̄ ad. l. annū protēditur Juuentus que vulgariter virilitas dicitur. Tandē senectus vsq̄ ad finē vite Sequit ergo ex dictis q̄ fuerit ioseph etatis inter. xxviij. et. l. annos existētis. vt iuxta hystoriā prescriptā essz nuptui habilis

Sed quare virgam suā subtraxerit. dicendū q̄ nō p vetustate sua. sed ex humilitate et castitatis amore. q̄a cuz esset iustus reputabat ex humilitate se indignuz fieri sponsuz talis et tante virginis de qua tam mirabilia audiebat cū esset etiā pauper faber ligni. Ad hystoriam itaq̄ psequendā redeūtes. Cū pontifex iterato dominū consuluisset eo q̄ nil diuine voci consonuz in virgis allatis sup altare apparere videret. Responsuz accepit q̄ solus ille virgaz nō attulit: cui virgo maria desponsari deberet. Comperto q̄z q̄ ioseph nō attulissz: mox eum afferre coegerūt virgam ad altare que statim floruit et in eius cacumie de celo veniens columba cōsedit. Sicq̄ cuz cogeretur vt acciperet virginez. Jpse q̄z se excusaret. ait ei pōtifex: Joseph time deū et memento que fecit Dathan et abyron p pter inobedientiaz quos terra deglutiuit. ne tibi simile contingat pter cōtemptum Tunc ioseph desponsata virgine per primā fidem et iuxta morem mancipata statim gratia castitatis ex beata virgine redundāte adeo ipsum Joseph repleuit vt omnis motus cōcupiscentie in eo sopiretur. Et obseruatio virginitatis in se et in sua sponsa sūme desideraret. et sic factum est q̄ mox diuitus inspiratiōe facta vterq̄ de altero q̄ scz in virginitate vellent permanere consenserit in maritalem societatem: et pari consensu cōtinentiā deo deuouerunt. Credendū est ergo de ioseph q̄ fuerit virgo vt dicit Aug⁹. li. de coniugali bono. Tūc pontifex visa tam mira ostēsione dedit ad societatem beate Marie septem virgines coeuas pro eius honore et solatio vt honorifice deducerent eam ad domuz ioseph. Accepit ergo ioseph Mariam. Et deduxit eam ex templo in Nazareth ad domū suam. s̄m Criso. statuens in futurum diem nuptiarū celebrandum. Et sic patet modus desponsationis.

De angelica legatiōe. Ca. II.

Secundo inuestigabimus moduz angelice legationis: per modū videlicet hystoricum. q̄a de hoc sufficienter supra actum est sub alio processu. Propter equidē simpliciores quib⁹ maxime placet pcessus hystoricus. Quam hic contemplationē deuotam inserui: quā q̄ ab Augu. sermone primo de annunciatione. atq̄ alijs deuotis contemplatoribus colligere possumus vt premissam hystoriam desponsationis fine debito cōcludamus.

Cōtemplandum igitur est q̄ cum beata virgo in domo vt pdictum est sui sponsi nondum solenni celebratione nuptiaruz facta maneret in sola fide desponsationis: in oratorio reclusa et soli deo vacans: legebat scripturas de christo et eius aduentu. Et precipue vt putatur reuoluebat et cōferebat in corde suo illud Esaie. vij. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabit nomē eius emanuel etc. Aderat tūc dies felicissima qua decreuerat deus mittere filium suum pro redemptione humani generis incarnandum. Ecce autem dicta scripta cum legeret: cepit sentimenta diuine dulcedinis abundantius solito corde expiri. Et ex intimis medullis cordis cepit eructare et dicere hmōi et silia verba. O deus patris nostri Abraam Jsaac et Jacob vtinā saltem semel videre mererer

ipsam virginem que conceptura est tuum filiũ christũ venturũ vtinã vel minimum seruiniũ ei impendere digna essem. Certe omnia relinquens ei in ancillaꝫ humilem me exhiberez. putasne superuiuam: putas ne videbo: putas ne hic me inueniet illa sacra natiuitas. O si tantum semel admitterer vt eius paruulum filium nascituruꝫ osculari et amplexu dulci fouere quirem. Tunc cepit ardẽtissimo desiderio lachrymis abundantius ꝑfusis: flamma deuotionis ei⁹ cor exurẽte: oculis et vultu in celum eleuatis dicere. O clementissime deus qui nos creasti miserere homini perdito. Aperi celos ⁊ descende. veni domine ⁊ noli tardare sicut ꝓmisisti patrib⁹ nostris te venturum et tuum filium daturũ. ostẽde nobis domine misericordiã tuam ⁊ salutare tuum da nobis ⁊c̃. Sic ea orante sancti quoqꝫ patres non cessabant de limbo clamare et orare ac dicere: Memento nr̃i domine in beneplacito tuo: visita nos in salutari tuo. Tunc ꝑijssimus deus sciens adesse tempus prefinitum quo mitti debebat christ⁹ locut⁹ ẽ ad angelũ gabrielem hec et similia verba que beatus Augustin⁹ in sermone quo supra ꝓsequit. dicens: Legatũ oportet nos mittere ad spõsam ꝑ quem ep̃lam dirigamus ⁊ eius cõsensum requiramus. O gabriel tu es ad id idoneus. minister ergo efficito terribil' sacramenti. Ad requisitionẽ errãtis ade a meis debeo descendere sedibus. Latere autem volo omnes celestes virtutes Tibi soli pando secretum: ad virginem mariam perge ad mei filij dignum habitaculum: et denuncia ei mee presentie ymbrem Primã ei vocem gaudiose salutationis ꝓclama dicens Aue gratia plena ⁊c̃. Audiuit hec angelus ⁊ intra se cogitabat dicẽs Stupendum est hoc miraculum quoniã deus terribilis et incõprehensibilis omnibus virtutibus angelicis: vni puelle repromittit sui habitaculi presentiam: et qui euam cõdemnauit: eius familiã glorificare intendit. Dixit ꝗ angelus ad deũ: dñe omnipotens: quomõ tuam annunciabo p̃sentiam puelle. Te eñ celi et terre non capiunt fines: et quomodo vter⁹ capiet virgineus. aut quomodo feret maria ignem et gloriam tue maiestatis. Et domin⁹ ait Si lesit ignis presentia in solitudine rubum: ledet et mea p̃sentia virginal ẽ vterꝫ vade ⁊ iussa perfice ethereas rũpe sedes et dic marie q̃ ei vnicum meum do filium vt sit ipsa mater cui sum ego pater. At ne dubitet fienda que mando: spiritus implebit eius aluũ ⁊ animũ: iam mundo perdito succurrere volo: et virgini ipsi munera hec dono: iam non dicat viuentiũ mater eua sed maria ip̃a regina: ip̃a erit domina mundi: ipsa mater veri dei et hominis: ipsius erit regnũ totum cui⁹ filius possidet celum. Tunc gabriel tremefactus imperijs mox volatu rapido pertrãsijt astra nubesqꝫ et aeris spissitudinem celer adit. Radiãsqꝫ magno lumine: oraculũ ingreditur virginis clausum: et genuflexo salutauit: Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulierib⁹. Ad hec virgo expauescens de lumine: reuerenter ab oratione assurgit ⁊ capite inclinato humilime stans: turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Non tam de angelica visione curabat quoniaꝫ angelos videre solita erat. Sed magis d̃ salutatione inaudita cogitabat: et in corde dicere poterat. Quid est hoc domine deus vt tam excellenti salutatione ego paupercula meruerim salutari Cepitqꝫ pauere ꝓ verecundia virginali rubore perfusa

Ait angel⁹: Ne timeas maria ⁊c̃. quia non timorẽ sed amorẽ maximũ veni euãgelizare. Noli timere sꝫ h̃ certũ habe q: inuenisti gratiã apud deum non solum ꝓ te sed pro toto genere humano: gratiam inquã quã homo amiserat per culpam tu inuenisti multofelicius ⁊ ꝑ te ipsã recupata est excellentius. Ecce eñ concipies in vtero et paries filium et vocabis nomen eius iesum. hic erit magnus ꝓpheta et hõ magnus in operibus mirandis: qui ab eterno est magnus deus: et filius dei altissimi in veritate vocabitur. Et dabit illi domin⁹ deus sedem dauid patris eius non quidẽ sedem regni temporalis quia regnum ei⁹ non est de hoc mundo: sed sedem spiritualis regni ⁊ celestis hierusalem: qd̃ signifi-

cat p regnū dauid: sic z celestis hierl'm p
tpalē hierl'm significat. Et regnabit in do/
mo iacob h ē sup oēs electos. Oēs ei filij
iacob a sctis doctorib⁹ sūt int electos cō/
putati: et regni eius non erit finis. qz ipse
non solū inquantū deus sed etiā inquantū
homo de te o maria incarnatus regnabit
in eternū non solū sup homies: sed etiam
super angelos. O felix maria: o gliosissi/
ma dn̄a ausculta et diligēter in corde tuo
rumina quanta tibi nunc nunciet gloria.
Quia inquit ecce concipies non sicut alie
mulieres in vtero ab extrinseco id ē viro
Sed in vtero tanq̄ vere virgo concipies
et paries non cuiuscūq̄ meriti hominez
sed verū dei filium angelo⁊ et hominum
dominū regnātē in eternū. Unde ait ma
ria. Quō fiet istud qm̄ vir⁊ non cognosco
Non dubito verbū tuū implendū: sed cu/
pio scire expssius factū: certa em̄ sum de
facto sed quero de concipiēdi z fiendi mō
qm̄ vir⁊ nō cognosco. i. nō cognoscere ppo/
no qz iā virginitatē voui dn̄o. Tunc an
gelus declarās modū dicit: Spūssanctus
superueniet in te: nō putes maria q̄ tu con/
cipias hūano mō: sed diuino quia virtute
spūssctī superueniētis in te q̄ nō solū mentē
illā sed etiā ventrem sctificabit z dignissi
mū deo habitaculū pparabit et virtus al/
tissimi obumbrabit tibi: sic em̄ erit in te
dei filius q̄ est dei virt⁹ z sapia q̄ sub vm/
bra carnis latebit ptus diuinitatz: ideoq̄
et qd̄ nascet ex te sctm̄ vocabit fili⁹ dei nō
adoptiu⁹ sed p naturā. Noli ḡo pgo hū/
di ca in mlierib⁹ extimare q̄ virgimtatem
amittas in cōcipiēdo: sed poti⁹ eā auctā
et magis sctificatā habeas. Et vt certior
fias: ecce elizabeth cognata tua z ipa con
cepit filiū in senectute sua z h mensis scz
marti⁹ in quo nūc currunt tpa ē sext⁹ illi
cōceptui elizabeth qz in mēse septēbris cō/
cepit a q̄ vsq̄ ad marciū sūt sex menses q̄
scz elizabeth vocat sterilis a iuuentute sua:
vt scias qz deus q̄ supra naturā cōceptum
dedit sterili: datur⁹ est et tibi pgini supra
naturā: qm̄ de⁹ oipotēs ē z iō nō erit ipos
sibile apd̄ deū oē vbū. i. factū. O felicissi/
ma maria noli morari: en seculū oē capti/
uū tuum expectat assensū: rn̄de cito z susci
pe dei filium. Tunc maria genua flexit
et man⁹ leuauit z hūilime rn̄dit. Ecce an
cilla dn̄i fiat mihi sm̄ vbū tuū: z stati ptu
te diuia cōcepit filiū dei: mox tota trinitas
in ei⁹ vtex ingrediēs dei filiū incarnauit.
O igit aīa fidelis cōsidera nūc z pēsa q̄ta
dei tui erga te charitas extitit vt dignare
tur p te in vterū pginis descēdere. Con/
templare etiā q̄ta marie hūilitas qz cum
esset mr̄ dei ancillā hūilē se nominauit. O
q̄d putas q̄ta tūc dulcedo mentē pginis
repleuerat cū deo plena erat. Cū se mrem
oipotentis dei eē sentiebat: cū z virginita
tis glīa pmanēte cōcipiebat. O aīa mea
vtinā vl' scitillā h⁹ diuie suauitatz tibi in/
fūdi meritz btē pgīs posses impetrare zc.

Tertio vidēdū ē de mō Ca. III.

multiplicis iocūdatiōis. i. q̄t modis z q̄
multiplicib⁹ gaudijs fuerit iocūdata
btā pgo in hac sui filij cōceptiōe. Hoc em̄
scire deuote mētes cupiūt vt ad meōriā tā/
te iocūditatis spāles orōes exhibeāt bea/
te pgini eā flagitādo p hec gaudia quate
nus dignet intercedere p eis apd̄ filiū bre
uiter ḡ sua gaudia pstringēdo. nota ad nu
merū. xij. stellarū in corona capitz btē vir/
ginis. xij. gaudia eā habuisse i hac filij dei
cōceptiōe. Primū gaudiū habuit quia
fuit pfectissime sctificata. ps. Sctificauit
tabernaculū suū altissim⁹. Scdm gau/
diū habuit qz in gr̄a z ei⁹ plenitudie fuit
cōfirmata z cōsūmata. vt dic Hiero. i smo
ne de assūptiōe. Ulū z Rich. de sctō victo
re in expositiōe: Ecce pgo cōcipiet li. iij. dic
q̄ tantā plenitudinē gr̄e de⁹ anie btē ma/
rie indidit q̄tā eā p futuro mereri cōspe/
xit Sic em̄ fuit in gr̄a cōfirmata in hac sui
scda sctificatiōe q̄ p⁹ hoc nō habuit poten
tiā peccādi. vt dic Bonauē. sup. iij. snia⁊
di. iij. et alex. d hal. iij. p. q. lxxviij. Necnō
Rich. de media villa. sup. iij. di. iij. q. viij.
Tertiū gaudiū habuit qz donis spūs/
sctī, sup oēz creaturā purā excellēti⁹ fuit re
pleta. Luce. i. Spūssctūs superueniet id est
supra q̄ in alijs creaturis veniet i te vt ex
ponit lyra. Quartū gaudiū qz de pseue
rātia in gr̄a z stabilitate finali fuit certifi
cata. Hoc em̄ habuit magdalena. Lu. x.
Maria optimā ptem elegit q̄ nō auferet

ab ea in eternū. Hoc habuerūt ⁊ apl̄i scī/
tes sp̄ūscm̄ pmansuꝝ in eis in eternum.
Joh. xiiij. Itē habuit etiā pauꝰ apl̄s Ro.
viij. Certꝰ inqt sū ꝙ neqꝫ mors neqꝫ crea/
tura sepabit nos a charitate q̄ ē in xp̄o: ꝙ
hoc nō debet negari a ꝟgine. qꝛ ꝭm Ber.
et Dam. Priuilegia grāꝝ alijs cōcessa ab
ipa negari nō debēt sed ꝯcedi. Et hāc cer
titudinē de pseuerātia habuit vel habere
potuit diuina inspiratiōe vel reuelatione
aut alio mō ꝯgruēti. Quintū gaudiū
habuit. qꝛ manēte ꝟginitate ē sine oī cor/
ruptiōe grauidata: a seculo eīn nō fuit ta/
le auditū vt ꝟgo eēt ⁊ mr̄: sicut dic̄ Ori/
genes: ⁊ ido de honore sūme ⁊ singularis
ꝟginitatꝫ maximū gaudiū habuit Sex
tū gaudiū. qꝛ fuit a spūsctō fecundata ⁊ fi
lio dei inhabitata: ꝓpterea fuit ꝗtum pos/
sibile ē in pn̄ti vita dulcedīe spūssancti in
effabil'r sup oēs recreata ꝑgustatiōe diuīe
suauitatꝫ de qua ps̄. Quā magna multi/
tudo dulcedis tue dn̄e quā absco. ti. te. Et
Sap. xij. O ꝗꝫ bonꝰ ⁊ suauis est dn̄e spūs
tuꝰ in nob. Et certe mlt̄o excellētiꝰ in ma/
ria Septimū gaudiū. qꝛ luce diuīa fu/
it irradiata. sentiebat eī se luīe ꝓphie illu/
stratā diuio lumīe eā irradiāte. vn̄ ⁊ canti
cū edidit Magnificat aīa ⁊c̄. in q̄ tripli/
citer ꝓphetauit. s. de pn̄ti ꝑterito ⁊ futuro
Itē sentiebat etiā ex diuīo luīe sacre scrip
ture misteria sibi reuelata ⁊ sciaꝝ profun
da ⁊c̄. Octauū gaudium qꝛ fuit sibi vt
pie credit̄ dei facies reuelata: qd̄ certe cre
di pōt ꝟbo in eiꝰ vtero cōmorāte eē factū
Si eīn paulo ⁊ moysi cōcessum ē diuinita
tē vidisse. vt dic̄ Augꝰ. multo magis ma/
rie cū a nullo illustriū supet̄ ꝭm Damas.
Nonū gaudiū qꝛ fuit mr̄ dei vocata et
effecta quo nil pōt dici maiꝰ ad ꝟgis ho/
norē. et hoc solo posito ꝙ sit mr̄ dei sequit̄
ꝙ ipa sit purissima qꝛ deꝰ in mundissimo
habitare dignat̄ Item sequit̄ ꝙ sit deo ac/
ceptissima. qꝛ ipa sola hāc apd̄ deū inuenit
grām Itē sequit̄ ꝙ sit oī laude dignissima
qꝛ ipsa sola pre alijs hac gloria decoratur
Itē ꝙ fuerit deo familiarissima ⁊ diuia cō
solatiōe plenissima: aīaqꝫ eiꝰ pfectissima:
et oīb creaturis ipa amātissima qꝛ genu/
it creatorē mūdi Decimū gaudiū ꝙ re/
demptio hūani gn̄is et reparatio fuit ea
mediāte inchoata ⁊ impleta: ꝓpter qd̄ scie
bat ꝙ ex hoc btām ipam dicerēt oēs gn̄a/
tiones ipa teste in cantico Luce. i. Ex hoc
quoqꝫ sciebat ꝙ ipa eēt mediatrix ⁊ aduo
cata hūani gn̄is ꝯstituta apd̄ deū. et ꝙ ip
sa foret mr̄ grē ⁊ mr̄ mīe: mrqꝫ salutꝫ eter/
ne in omnibus sanctis ⁊ electis ⁊ idcirco
sūm mū ex his gaudiū cor eiꝰ cōcipiebat
Undecimū gaudiuz habuit ꝙ carnis
sue portio in xp̄o fuit diuītati vnita et sic
in ea ac ꝑ eā hūana natura sūme dignifi/
cata. In hoc ꝗppe maximū gaudiū hēbat
quia sciebat ꝙ oīnes āgeli ⁊ hoīes: oēsqꝫ
creat̄e adorare deberēt carnē de ea sūptaꝫ
in christo et ꝑ cōsequēs in ipa ⁊ de ipa. scꝫ
beata virgine deum eternaliter oīnēs lau
darent benedicerent glorificarēt di. illud
qd̄ canit ecclesia. Bn̄dictus es dn̄e deus
in throno regni tui. i. in btā ꝟgine vel car
ne de ea sūpta. Duodecimū gaudium
habuit ꝙ ipa fuit sup oēs creat̄as exalta/
ta gratia meritis ⁊ glīa. Ex hoc maximū
habuit gaudiū. sciens ꝙ in tantū fuerit ex
altata ꝑ hāc filij dei maternitatē. vt ipa es/
set regina celoꝝ: dn̄a angelorūz: imꝑatrix
totiꝰ orbis. Et qd̄ maius ē ꝙ deū sic ꝑ om
nia sibi condescendentē haberet ⁊ obtem
perantē tanqꝫ filium ad nutum obedien/
tem Et omnis potestas ei data esset in ce
lo et in terra vt ꝗcquid vellet valeret im/
petrare et efficere vt dicit Bern̄. Sciens
etiam ꝙ ei deseruirent tanquā domīe om
nes angeli et omēs sancti ac vniuersa cre
atura mundi ⁊c̄. O quis igitur possit ex/
timare. Quis valeat comprehendere et
sufficenter pensare. Quāto gaudio iocun
dabat̄ cor virgineū beate marie ꝓ filij sui
ꝯceptione cum sciebat ⁊ expimentali gra
tia sentiebat se esse per hoc plene sanctifi/
catam: in gratia confirmatam: donis spi/
ritussancti sup oēs repletā: ⁊ de salute ac
glīa eterna certificatā. O fidelis aīa in/
gredere in cor bn̄dicte virginis ⁊ vide sal
tem aliquātulum quāta suauitate leticie
spūalis abundet pro his bonis excellen/
tissimis cum et insuper sentit se in ꝟgini/
tate integra spūsancto fecundatam: ⁊ eiꝰ
incredibili dulcedine cōsolatā diuina lu/

ce irradiatā: ac visione diuinitatis sūme de/
lectatā et deo plenam. Sed et quid putas
quanto dulcore cōsolationis diuine sit de
libutū eius cor cum agnoscit se esse mrēz
dei purissimā dilectissimā et omni laude
dignissimā. Mediatricem qꝫ ꝛ aduocatā
generis humani apud deum: sui sanguis
portionez vel carnis in christo diuinitati
vnitam et ab omnibus creaturis adoran/
dam: super omnesqꝫ se exaltatā ꝛ mundi
dominā effectaz. Mirat certe de his ma
ria et exultans in spū in deo salutari suo:
leta gestat filium dei in vtero. Et quid ip
sa dicat in hoc indicibili suo gaudio. Au/
diamus hoc ꝓ certo quod canit ecclesia.
Congratulamini inquit mihi omēs q di
ligitis me: quia cum essem paruula placui
altissimo et de meis visceribꝫ genui deum
et hominē. Congratulami marie omnes
angeli archangeli throni et queqꝫ celestes
virtutes. Congratulamini omnes san/
cti patres patriarche et ꝓphete Reges et
principes populi. Cōgratulamini omēs
gentes diuites et pauperes. viri et mulie/
res: pueri et senes. Congratulamini inqt
oēs maria q me diligitis vt ꝛ a me diliga/
mini ꝛ ō gratia mea repleamini. Gaude/
te vna mecum omnes mei deuoti et affe/
ctuoso corde mihi seruientes quia ecce de
um vestrum ꝓ dilectione vestra hominez
factum: meo gesto in vtero Gaudere quia
meo salutifico conceptu presto est vobis sa
lus et gloria sempiterna amen.

Pars septia huius primi libri agit de diuine incarnationis apparitione et perfectione atqꝫ mirabili conditione vt patebit.

Ecce cōcipies et paries filium ꝛ vocabis nomen eius iesum. Verba sūt
angeli annunciantis dei et
dñi nostri iesu christi conceptū salutiferū
ipi benedicte ꝟgini et scribunt. Luc. i. ca.
In quibus quidem verbis datur intelli/
gi q ipi⁹ amorosi domini nri iesu xpi cō/
ceptio est sūme admirabil: amabilis. ꝛ ꝓ/
utilis. Admirabilis quippe qr quē celi
capere non poterant vnius puelle claudit
vtero. Hoc est illud nouum hieremie va/
ticinio ꝓphetatum cap. xxxi. Nouū inquit
faciet domin⁹ sup terram femia circūda/
bit virū id est christū. de quo Bern. i quo
dam sermone exclamās ait: O venter ca
patior celis: diffusior terris qui illū conti
nere valuit qui tribus digitis molē terre
appēdit. Origenes quoqꝫ dicit: Quis vn
quā audiuit talia vt mater sit et virgo de
us sit factus homo. A seculo non est fac
tum tale vt portitor orbis portaretur ma
nibus femineis: ꝛ qui omnia ꝯtinet angu
stia contineat vteri virginalis. Itē ista
conceptio est sūme amabilis qua ꝓ nostro
amore verbum caro factū habitauit in no
bis: supm⁹ omniū imortalis ꝛ impassibi/
lis deus ꝓ nostra dilectione fact⁹ est mino
ratus ab angelis: passibilis ꝛ mortal ho/
mo. O s nostrū caro et frater nostre infir/
mitatis pticeps. Quid nempe mihi ama
bilius qꝫ q deus meus factus est caro et
frater ac ꝓpinquus meus. ꝓpterea Bern.
dicit: O felix maria quantū te amare de/
bemus per quā talem fratrem habemus.
Et iterū. Puto inquit q iam me sperne/
re non poterit deus cum sit os caro ꝛ fra/
ter meus. Deniqꝫ ista incarnatio vl cō/
ceptio est sūme vtilis quia ꝑ eam saluati
ꝛ liberati ac sūme dignificati sum⁹ ꝛ om/
ne bonum quod amisim⁹ per peccatū per
hanc diuinā incarnationē recupauimus
Hinc Bern. in sermōe quo sup dicit. O
maria beatā te dicent omēs generatiōes
ex hoc. i. ex tua dñica ꝯceptiōe qr oibꝫ ge/
nerationibus vitā ꝛ gliam inuenisti. Hec
ille. Ista angel⁹ annūciās in ꝑmissis ver/
bis insinuat: ꝑmo quidē admirabilitatē
cōceptiōis cū ait: Ecce ꝯcipies. Ecce em
qddā nouitat; inaudite signū ē demōstrati
uū. Scdo amorositatē cū subdit: Et pies
filiū. Filiū inqꝫ dei ſm diuinitatē ꝛ filiuz
tuū ſm hūanitatē. qd amoris est expssiuū
Tertio vtilitatē qr addit: et vocab nomē
ei⁹ iesū: in quo noie saluatiōis vtilitas ex/
primit. qr iesus saluator interptat Mat. i.
Ipe em saluū faciet ppl'm suū a pctis eoꝝ
Itaqꝫ i pñti ſmōe d hac dñica ꝯceptōe lo
qntes. tria ꝑncipalia misteria d'clarabi⁹.

Primū misteriū dicitꝛ appropriationis
Secundum dicitꝛ perfectionis
Tertium dicitꝛ admirationis

Articulus primꝰ de eo ꝙ xp̄i incarnatio ꝛ conceptio in virginis vtero facta attribuitꝛ in sacra scriptura spū̄isancto Ca. I.

misericordiã tuã. O britissima maria q̃ te in suis necessitatibꝫ inuocatã meminit sibi auxilium defuisse. Propterea namq̃ ecclesia nomen marie apposuit in salutatõe angelica: q̃tenus p eius inuocationẽ magis fortiat oratio effectũ. O peccator. o quisq̃s es deuotus virgini marie ↄsidera virtutem nois eius: ⁊ gaude tenere hãc p̃ciosam margaritam in bursa cordis tui recõditã: q̃ nullus lapis p̃ciosus: nulla gẽma tãte est ṽtutis. Currant alij p questu mũdi. Aggregent lapides p̃ciosos: quoꝝ virtutibus glorient. Nam ẽm phos alij valent in piculis ↄseruandis. alij eoꝝ in fauoribꝫ acquirendis. alij in inimicicijs sedandis Alij in ꝓsperitatibꝫ ↄsequendis. Valeãt vel forte nõ vere ad ea valeant hoc solum ↄsulo. hoc solũ phortor acquirite. O oẽs auari. o om̃s mũdani. Acquirite hũc vnũ lapidem p̃ciosum. recondite in archa cordis: h nomen gl'iosum triũ sillabaꝝ. Maria. Et eritis securi in omni piculo. habebitis auxiliũ in om̃i necessitate ⁊ angustia ⁊ ꝓsperitatem in om̃i salubri optato. Nil enim est mali quod nõ remoueat. Nil boni qd nõ obtineat ⁊c. Nonũ p̃uilegium: quia hoc nomen est sũme ↄfortatiuum si homo aduertat: q̃ nullus sperauit in ea ⁊ ↄfusus est nullus inuocare potuit sic: vt derelictus sit dũmodo bene inuocauerit. Juxta illud Esa. l. Quis ambulauit in tenebris ⁊ nõ est lumen ei. i. maria in auxilium. q. d. nullus. Vñ om̃is hõ in ea spem ponere habet: q̃ vt canit eccl'ia. Ipsa ẽ regina misericordie vita dulcedo ⁊ spes nostra. Et ipsa est mater gratie ⁊ mater misericordie q̃ ab hoste ꝓtegit: in hora mortis suscipit. O tu q̃ times a piculo dãnationis: recordare huius nois: quia maria maris stella interp̃tatur. Si maris stella. ergo ad portũ salutis deducens in h mari magno ⁊ spacioso ⁊c. Hinc Bern̄. O hõ securũ habes accessum ad deum vbi mater stat p te ante filium: ⁊ filius ante patrem. Filius ostendit pr̃i lateris ⁊ vulnera. Mater ostendit filio pectus ⁊ vbera: nulla poterit eẽ repulsa: vbi tot ↄcurrũt amoris insignia. An nõ ergo confortaris quotiens nois eius recordaris. Dicit idem Bern̄. de noie iesu: qd ⁊ de noie marie accipe valemus. Hinc ꝓpha dauid ait: Sperent in te q̃ nouerũt nomen tuũ. Decimũ p̃uilegium: quia nomen marie est gratiosissimũ. Interp̃tatur eñ maria illũinatrix. scz lũine gratie. et ꝑfecto nomen marie gratiosum est: q̃ ipsa beata virgo est mr̃ gr̃e.

Nota aũt q̃ ẽm. v. lr̃as huius nois maria q̃ntuplicem gr̃aꝫ peccatores ↄsequunt p hoc nomen: q̃s q̃dẽ gr̃as h nomen significare videtur. Prima lr̃a m denotat misericordiã diuinã. Secũda a denotat amorẽ supnoꝝ et eius accensionẽ. Tertia r significat remissionẽ pctõꝝ. Quarta lr̃a i denotat illũinationẽ ex infusione iustificantis gratie. Quinta lr̃a a denotat acquisitionẽ vicꝫ meritorum ⁊ p̃miorꝫ. Hinc Bern̄. in ẽmone: Si criminis imanitate turbatus: si ↄscientie feditate ↄfusus: si iudicij horrore pterritus: si baratro desꝑationis absorptus: Mariã cogita: mariam inuoca: Et sic in temetipso expiri poteris, q̃ merito dictuꝫ sit nomen virginis maria. Hec ille. Undecima p̃rogatiua nois marie est: quia est nomen dulcissimũ. Unde canit eccl'ia: Salue regina misericordie vita dulcedo et spes nostra. vñ quia ipsa est clemẽtissima regina: vita spes et dulcedo nostra. sequitur q̃ nomẽ eius est dulcissimũ Nimiꝫ ex noie marie nisi assit impedimẽtũ in hoie: tanta dulcedo cordi deuoto infundit: q̃ mentis affectum magis ac magis afficit nec saciari potest pre desiderio: qd testatur Eccl'iastic' ca. xxiiij. dicẽs in ꝑsona eius. Spũs inquit meus super mel dulcis: ⁊ hereditas mea super mel ⁊ fauũ: memoria mea in gñatiões seculoꝝ. Qui edunt me adhuc esurient. scilicet pre desiderio Esa. xxvi. Nomen tuũ in desiderio aie. Nota aũt q̃ nomen marie dulcorem infert. Primo visui. ps. Letificabis me cũ vultu tuo delectatiões in dextera tua vsq̃ in finẽ. Secũdo auditui. Cant. ij. Sonet vox tua in auribꝫ meis. Vox eñ tua dulcis et facies tua decora. Tertio dulcorem infert gustui. Cant. ij. Fructus eius dulcis gutturi meo. Quarto olfactui. Eccl. xxiiij. Quasi myrra electa dedi suauitatem odoris. Et ibidem. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Quinto dulcorẽ infert cordis medullis. Unde Cañ. viij.

Pone me vt signaculum sup cor tuū. Et ps. Gustate z videte qm̄ suauis est dn̄s. s. in maria zc. O vtinā fidelis aīa aliquan do nouisses expientia certa: quia vt canit eccl̄ia. Uere clemēs pia z dulcis ē maria.

Duodecima prerogatiua: quia nomen marie est efficacia mirabilissimū. Mira/ biles em̄ efficere hab3 fructus salutiferos vt in parte prima articulo vltimo patuit. Quis deniq3 sufficienter extimare pote/ rit q̄cta a pncipio mundi miracula facta sint ad nomen marie z eius inuocationē. Si em̄ vt dicit ps. Mirabilis deus in sā ctis suis: q̄m mirabilis sup oēs in maria que est oim sanctissima z dn̄a. Cui vt di/ cit Bern̄. Data est oīs potestas in celo z in terra: vt quicq̄d voluerit valeat effice re. Ut autem magis clarescat mirabilis efficacia nois marie referam hic vnū mi/ raculū qd̄ scribit vincētius in speculo hy storiali. libro. viij. pris pme. c. cxvi. dicēs:

Miraculum. Or in ꝯuentu sancti Bertini erat monachus q̄da3 noie iosbio in quo conuentu cum quidam archiepus de terra sancta adueniēs hospitatus fuis/ set. Interrogatus ē a monachis. quis mo dus orandi viris religiosis in terra san/ cta habitantibus solitus foret. Et retulit quomodo ab ipsis hierosolimitanis reli/ giosis acceperit consuetum fore: benedi/ ctam virginem hoc modo quotidie orare vt videlic3 ad honore3 nominis eius fm v. litteras eius. v. Aue maria z totidem psalmos qui incipiunt ab eisdem litteris depromerent. Pro m Magnificat. Pro a Ad dn̄m cum tribularer. Pro r Retribue seruo tuo. Pro i In cōuertēdo. Pro a Ad te leuaui zc. Prefatus ergo monachus io sbio cepit hunc modū orandi quotidie ad honorem nois marie obseruare. Accidit autem vt quadam nocte ipse nō interesset matutinis cum ceteris fratribus ꝓpter qd̄ subprior ad eius lectum venit ibiq3 eū de/ functū reperit: quē putamus ex nimia dul cedine amoris quam forte beata virgine sibi apparente cum filio hauserat excessis/ se. Unde accurrunt fratres vultūq3 eius discooperientes inuenerūt. v. flores rosaꝝ vnus egrediebat de ore z lingua eius duo de oculis z duo de auribus ꝓ tali miracu lo letantes detulerunt eum in choꝝ z ibi discooperta facie cum recentibus rosis di ligent intuentes in rosa que de ore exibat inuenerunt scriptum maria. Tenuerunt autem eum per septem dies: suaui odore roseo fragraantem donec tres episcopi cō uenirent z multi alij clerici z laici qui vi/ dentes magnalia dei laudē dederunt deo z beate virgini. O igitur nomen dignissi mū marie: nomen pium: nomen ꝯfortans peccatorem. O nomen dulce: nomē amo/ rosum z beate spei. O nomen venerabile z ab oībus deuota mente celebre. Quid dicamus in tua laude: cū omniū deficiūt lingue nec sufficienter te queunt laudare. vere nomen sacrum nomen fructuosu3 no men mellifluū. vtinam saperent z intelli/ gerent homines: z ipsum quotidie inuo/ carent: ꝗm semp in domibus cordibusq3 scriptum tenerent: vt gratiam: veniam et gloriam virginis benedicte merito opti/ nerent. Amen.

Incipit liber septimus de san ctissima vita beate Marie.

Liber septimus

l

agit de misterio sctissime vite bn̄dicte virginis ma/ rie eiusq3 virtuosissime a/ ctionis. Et diuidit in tres partes. In pma pte agit de eius cōuersationis z vite sanctitudine In secūda agitur de meritoꝝ z virtutu3 pcelsitudine: qua fulsit in sūma perfectio/ nis altitudine. In tertia de gratiaꝝ eius dem m̄titudine qua illustrata extitit cu3 summa plenitudine: in huius vite habitu dine zc.

Pars prima de vite sanctissi= me virginis beate atq3 actionis eius virtuosissime misterio: vbi ostenditur q in vita suscepit sa= cramenta z qualē regulam san= ctitatis tenuerit.

f Ili ne dimittas legem matris tue vt addatur gratia capiti tuo. Prouerb. pmo. ca. Quibus in verbis sapientissimus Salomon spūsancto dictāte hortat nos vt matris nostre .i. benedicte virginis marie q̄ est spūalis mater nostra p regenerationē ⁊ adoptionem filiationis diuine ⁊ fraternitatis dñi iesu christi. Iuxta illud Ansh. dictum. Si inquit xp̄s qui ex ea genitus frater noster est. Cur illa que genuit mater nostra nō est. q. d. sic. Huius inq̄ matris nostre legem .i. vite regulam ⁊ rectitudinē quā exēplariter in se nobis imitandā ostendit: ne dimittamus: sed studiose obseruemus: q̄tenus det nobis copiosior gratia capiti nostro .i. rationali mēti que est caput anime: dirigens eam in actibus suis. Profecto merito nos hortamur oēs ⁊ singuli ad imitandā sanctitatē vite marie: quia id psuadet nobis. Primo q̄dem scriptura figuralis. Secūdo natura exemplaris. Tertio sentētia doctrinalis. Primo inq̄ psuadet scriptura figuralis. Nā Iacob consilium sue matris sequens benedictionem paternā consecutus est Geñ xxvij. Ita ⁊ nos si volumus consequi benedictionem dei patris: consilium sequamur matris marie vitam imitando Secundo psuadet natura exemplaris: vt enī certa discimus experientia. Pater diligētius fouet filium quē videt sibi assimilatum q̄ dissimiliorem: quia omne animal naturaliter diligit sibi simile. Eccli. xiij. Denique teste glo. sup ps̄. Coruus nō nutrit in nido suos pullos tamdiu quousq̄ assimilari sibi incipiūt pennis nigrescentibus. eo q̄ putat nō esse suos pullos ꝓpter dissimilitudinē. Quos tamē postea assimilatos diligenter fouet ⁊ intime diligit. Ideo dicit ps̄. Qui scz deus dat iumentis escam ⁊ pullis coruoꝝ. scz in nido ⁊c. Ita spūaliter maria mater gratie nos in spūalibus fouet sibi assimilatos ⁊ deo patri exhibet diligendos. al's ꝓpter dissimilitudinē formidandum est ne derelinquamur. Sectemur ergo charissimi bñdicte virginis castitatē: hūilitatē: patiam ⁊ ceteras virtutes. Unde eius filius dñs iesus clamat Math. xi. Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiem a. v.

Tertio psuadet sententia doctoralis. Unde Amb. libro de virginitate dicit sic Sit vobis tanq̄ in imagine descripta vita marie: de qua velut ex speculo refulget species castitatis ⁊ forma virtutis. Hinc sumatis exempla viuendi: vbi tanq̄ in exemplari magisteria sunt ꝓbitatis expressa: que quid corrigere: quid effugere: quid tenere debeatis ostendunt. Hec ille. O igit fidelis anima ausculta ꝯsilium sapientis suscipe eius exhortationē dicentis: Fili ne dimittas legem matris tue .i. marie. O salubris admonitio. O dulcissima doctrina O sanissimū ꝯsiliū: cui obtēpando fit vt addatur gratia capiti tuo. Si grā. ergo ⁊ glīa: ⁊ p ꝯñs omne bonū. Quia ergo vita marie nobis imitanda in p̄dictis verbis ꝓpōit. Idcirco de ea acturi tria misteria in hac pte declaranda notabimus: quibus eius ꝯuersationis ⁊ vite sanctitatē agnoscere valebimus ⁊ imitari sciemus ⁊c.

Primū dr̄ misteriū sc̄ptural' obmissiōis
Scōm dr̄ misteriū sacr̄alis susceptiōis
Tertiū misteriū reḡlaris obseruatiōis

Articulus primus quare euāgeliste noluerunt de vita beate Marie scribere aut de eius morte ⁊ similibus.

p Rimum misteriū declarandū dicit scripturalis obmissionis. Nā a plerisq̄ sepesepius q̄situ est. Quare vicz in sacra scriptura canonicaq̄ nusq̄ aliquid scribit de sanctitate ⁊ gestis marie. Nec ab euāgelistis texitur quicq̄ de ei⁹ vite historia: immo nec etiā de eius origine: aut parentum sanctitate: nec de gl'iosis actibus ⁊ gestis sugmirabib⁹: aut de eius morte: aut sacramētoꝝ noue legis susceptōe: mirū certe est cur scriptura obmiserit ⁊ tacuerit. Hec omnia ⁊ alia matris dei p̄clara opa Matheus q̄ppe ca. pmo scribēs de christi genealogia h̄ solum dicit Iacob genuit Ioseph virum marie: de qua natus est iesus qui vocatur christus. putabā dicere debuisse: virū marie filie Ioachim quā ex Anna vxore an-

gelo nūciāte miraculose genuit: que fuit ꝓ go castissima ⁊c. Similiter ⁊ lucas Missus est inquit angelus ad virginem ⁊c. nō describit eius ortū nec eius gesta aut vite seriem: aut preclara sanctitatis opera. et sic de alijs euangelistis. Preter hoc soluz ꝙ conceptionem filij dei ex ea spiritusancto factam describunt ⁊ ea que ad id dum taxat ptinere videntur. Et ad id assumūt argumentum tale obijcientes: quia euangeliste pcursoris ortum: parentūq; dignitatem: vite sanctitatem: arduaq; ⁊ pclara eius gesta descripserunt vsq; ad terminū vite eius ⁊ martyrium. ergo multo magis hoc de matre dei facere debuerunt ad fidei ⁊ moꝝ edificationē. Videtur ergo ꝙ sacra scriptura obmittendo sit diminuta.

Sed contra est quia sancto spiritu inspirante locuti sunt sancti dei homines. ij. Petri pmo. Et Math. x. Non vos estis qui loquimini: sed spiritus ⁊c. Vñ ipso dictante scripserunt queciiq; scripta sunt in canonicis scripturis. in quibꝫ error vł' diminutio nullatenus admitti debuit. Deus enī ⁊ natura nō abūdant in supfluis: nec deficiūt in necessarijs: nec deq; faciūt frustra: vt dr. ij. phicoꝝ: igit ⁊c. Rñdeo fm Alb. magnū sup mis. est ca. lxxxi. alios q3 doctores catholicos de hoc tractantes ꝙ sūme rationabiliter factum est vt hec de ꝓgine matre dei sint obmissa in canonica scriptura a sanctis: nec aliquid sit expressum nisi qđ spectabat ad incarnationez ex ea factā. Hoc enim egit spiritussanctus miro ordine diuine sapientie: pcipue triplici ratione.

Una est ratio ꝓsuppositiōis.
Alia est ratio excitande deuotionis.
3ᵃ repmēde elatōis vł' nr̄e huiliationis

Una est ratio presuppositionis: quia vis sanctitatis excellentia ⁊ dignitas matris dei ab oīb̄us christicolis debito ꝓsupponit circa quā errare esset ꝓnia ꝓnciꝑia confundere ⁊ in heresim dānatā venire. igitur supfluum fuit ea describere ⁊ vicioſū: cū fm aristo. qui vnū dicit quodā modo plura dicit. Et iterū. Peccatum ē fieri p plura que eque bene possunt fieri p pauciora. Ex. ij. phicoꝝ. ⁊. viij. Thopicoꝝ. Unde sicut simbolū aplōꝝ nullibi apud euangelistas in forma scriptum legimus quia firmiter credendū ꝓsupponit mentibus fidelium inserbendū: ita pari iudicio spūsancto dictante factum est de hystoria matris dei: excellētiaue ⁊ sanctitate. Omnia dixit Math. de qua natus est iesus ⁊c. eo dicto omnia subsequentia dixit tāq; inclusa ⁊ ꝓsupposita. sc3 de sūma eius sanctitate: dignitate: meritorūq; ⁊ pmioꝝ excellentia. ⁊ sic in alijs etiam euangelistis a prole cōmendatur mater. Cum enī arbor bona nō facit nisi fructus bonos Math. vij. Si ergo proles sanctissima ⁊ dignissima: ita ⁊ mater: maxime cu3 sit mater dei q̄ sanctius ⁊ dignius nō dici potest. Unde plus de ea scribere supfluum fuisset: quia dicendo ꝙ genuit iesum filium altissimi: vel ꝙ est gratia plena dn̄s tecum: ⁊ similia sufficienter breui verbo omnia dixit ꝙ videlicet a nulla gratia: a nulla sanctitate a nullo meritoꝝ ⁊ premioꝝ genere fuerit aliena. Sed quicquid boni aliqua creatura fecerit vel receperit: de hoc non liceat eam fore expertem: cum existens dei mater sit summa persona ipso facto ⁊ a nullo illustrium superari potest: vt dicit Damascenus. Alia ratio est excitande deuotionis: q2 per hoc fidelium doctorū deuotio excitatur ad inquirenduz. Iuxta illud Ecci. xxiiij Qui edunt me adhuc esuriūt Et infra Qui elucidant me vitam eternā habebunt. Tertia ratio nostre humiliationis ⁊ reprimende elationis. Nam nostra vana gloriatio repmitur ne nostra bona opera p magno reputemus cum videamus ꝙ excellētissimi meriti opera plura a beata virgine facta. imo ⁊ ab ipso domino iesu vsq; annum. xxx. impleta: scriptura quasi non extimans preterijt subticendo: quasi tacēdo dicat nobis illud Luce. xvij. Cum feceritis omnia que ꝑcepta sunt vobis dicite serui inutiles sum⁹. Et illud Math. vi. Noli tuba canere ante te ⁊c. Item dominus noster ⁊ domina nostra suas secretas habitudines sibi notas per se noluerunt manifestare. Iuxta illud Prouerb. xxvij. Laudet te os alienum: sileat os tuum. Unde illa scripta non sunt Ea autem que in ꝑsentia discipuloꝝ vel populoꝝ fecerūt scripta sunt ad nostram

edificatiōem: quatenus doceremur ⁊ nos vt sic bona agamus ꝙ laudes exteri⁹ non queramus: quia vt dicit Grego. Studiū celestis desiderij a malignis spiritibus cu stodire nō sufficit qui hoc ab hūanis lau dibus non abscondit. Depredari em̄ desi derat qui thesauruz in via publice portat Decille. Et sic patet ꝙ rationabiliter val de spiritusancto dictante sancti euangeli ste ea que spectant ad incarnationis fidē breuius scribere voluerunt ꝑpter fidei a structionem ⁊ edificationem. Ea autem q̄ secrete gesta ⁊ apostolis aut alijs ignoran tibus facta sunt licet forent magna ⁊ mi rabilia super omniū sanctoꝝ alioꝝ gesta tacuerunt p̄missas ꝑpter rationes. Ad illud igit̄ in oppositū ꝙ videlicet saltem eius ortum ⁊ parentū sancitatem scribe re debuerunt. Rn̄detur ꝙ ex quo parentuz marie gloria ⁊ dignitas ab illa fuit ꝑpter quā ⁊ illi antecessere: ⁊ tota illa gens ele cta est. Ideo non debuit maria per paren tes cōmendari. sicut nec christus ꝑ matrē cōmendatur: sed econuerso ex ꝓlis sancti tate datur intelligi sanctitas parentum.

Ad aliud de p̄cursoris ortu vita ⁊ mor te ⁊c̄. Respondet̄ ꝙ hec rationabiliter de p̄cursore scripta sunt: quia nisi scripta fo rent dubitari potuissent. Marie autē mi raculosa conceptio ⁊ ortus gaudiosissim⁹ vita sanctissima: opera p̄cecellentissima et arduissima: atq; mors p̄ciosissima ⁊ glo siſſima ⁊c̄. Idcirco scribi nō debuerūt: qꝛ certissima fide credit̄ inter fideles viros: quicquid ad eius dignitatem: sanctitatez ⁊ precellentiam ꝑtinet ⁊ per se notum est his qui de iesu integram habent fidē. O igitur peccatrix anima agnosce: quia nul lam habes cauillationis causam contra scripturam sacram. Quecūq; enim scri pta sunt: ad nostram doctrinā scripta sunt Roꝝ. xv. O anima christiana perpende: quia maxima opera p̄termissa sunt silen tio ꝑpter tuam instructionem: vt studeas magna credere tanq̄ fidei p̄suppposita de maria ⁊ eius prole iesu ⁊ vt studeas de uotius inquirendo meditandoq; merita acquirere atq; vt addiscas humilitatē in actibus tuis seruare. O pie deus q̄ dulci ter nos allicis: q̄ benigne instruis: ⁊ q̄ sa lubriter humiliari vis nos vt exaltes ⁊c̄.

Articulus secundus ꝙ beata maria in sua vita suscipere debu it ⁊ de facto suscepit omnia ec clesie sacramenta sibi congru entia Capitulum primum.

[S]Ecūdum misteriū de vita marie declarandū dicitur sacramentalis susceptionis. Ex quo enim in hac vita habet homo potissi me ꝑ sacramēta sanctificari: qm̄ ipsa sacra menta ex virtute diuina habent efficaciā sanctificandi ⁊ gratiam conferunt ꝑ quā aīa curatur ab infirmitatib⁹ vitioꝝ: vt pa tet in quarto libro sniaꝝ: ꝑpter qđ Augu. diffiniens sacramentū inquit est illud in quo sub tegumento rerū visibilium diui na virtus salutem secretius operatur. Et hugo de sancto vic. li. de sacramentis di cit: Sacramentū est materiale elementū extrinsecus oculis suppositum ex sancti catione gratiam inuisibilē conferens. Id circo p̄mo cōsiderandū nobis est si beata virgo in hac vita susceperit sacramēta no ue legis: que instituit christus dn̄s ꝑpter nostram sanctificationē ⁊ salutem. Quia enim nil de hoc in canonicis scripturis re perit̄ expressuz a plerisq; manet dubitatū Pro hac itaq; re tria sunt notāda ad pn̄s

Primo generalis conclusio.
Secūdo ꝓbabilis ratio.
Tertio ꝑticularis inquisitio.

Primo inq̄ notanda est generalis con clusio que ponit̄ s̄m Alb. super missus est cap. lxxxi. Et est talis ꝙ beatissima virgo maria in sua vita suscepit omnia ecclesie sacramenta que tp̄e suo om̄ib⁹ hominib⁹ generaliter fuerunt instituta ⁊ ꝓmulga ta om̄ib⁹ obseruanda.

Caplm. ij. quare debuit maria suscipere sacramenta.

[S]Ecūdo notanda ē huius ꝯclonis rō. Nam btā ꝟgo suscipe debuit sacr̄a eccl'ie multi plici ratione s̄m eundem Alb. vbi supra. Primo ꝑpter sui ipsius humiliationez:

quia quãto p̃ ceteris fuit sanctior vniuer/
sis tãto magis decuit vt se humiliaret ad
sacramentoꝝ susceptionem: sicut etiã hu
miliauit se ad legem purificationis vete/
ris legis Luce. ij. Iuxta illud saluatoris
Luce. xvij. Cum feceritis om̄ia: dicite ser
ui inutiles sumus: quia quod debuimus
fecimus. Secundo ꝓpter p̃cepti imple/
tionem: quia p̃ceptum obligabat omnes.
Iuxta illud de baptismo Ioh. iij. Nisi qs
renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritusancto nõ
introibit in regnum celoꝝ. Tertio pro
pter scandali cuitationẽ: quod ortum fuis
set in ceteris christicolis. Quarto ꝓpt
meritoꝝ superogationẽ. Quinto ꝓpter
heresum confutationem que videlicet as/
serebant ipsum nõ hominẽ esse sed ange/
lum. Sexto ꝓpter perfectoꝝ instructio/
nem: vt qui sanctus est sanctificet adhuc
Apocal. xxij. c. Septimo ad peccatoꝝ
redargutionem. Quid enim in sui excusa
tiõe peccatores dicere possunt recusantes
sacramentũ penitentie ꝛ alia queciũq; sa/
cramenta: cum audiant etiam sanctissimã
celoꝝ reginam sacramenta suscepisse. ꝑfe
cto eius exemplo redarguũtur de neligen
tia ꝛ ꝓuocantur ad ea suscipienda.

Capitulũ. iij. de singulis sacramentis in speciali: vtrum maria suscepit.

Ertio hic notandũ
t restat ꝑticularis inquisitio de sin
gulis sacramentis ecclesie.
Primo de baptismi susceptione.
Secũdo de confirmatione.
Tertio de eucharistie acceptione.
Quarto de sacramento penitentie.
Quinto de sacramento matrimonij
Sexto de extrema vnctione.
Septimo de sacramento ordinis
Primo igitur de sacramento baptismi
Querit̃ vtrum beata virgo fuerit bapti/
sata: ꝛ potes obijcere ꝙ nõ: quia sapientis
est nil frustra facere. Sed frustra accipit
medicinã qui non indiget. Cũ ergo dña
fuerit sanctificata in vtero: ꝛ vt pie credit̃
a multis fuit concepta sine peccato origi/
nali. ergo nõ indigebat baptismo. ꝛ sic fru
stra accepit: q̃niã baptismus est medicina
contra originale instituta s̄m doctores.
Itẽ cum ipsa fuerit plena gratia si ba/
ptisaretur quid susciperet gratie. vnde vi/
detur ꝙ ficte accessisset cum rem sacramẽ
ti. i. gratiam aliquã nõ suscepisset. Non ḡ
debuit baptisari cum scriptum sit Sap.
vij. Spiritussanctus discipline effugiet fi
ctum. Itẽ si baptisata essẽ deberet eccle
sia agere festum eius baptisationis: sicut
eo ꝙ purificata est agit festum eius purifi
cationis cum tam solẽne festũ scz baptis/
matis vel factum multum fortius p̃staret
ad edificationem fideliũ. Relinquit̃ ergo
ꝙ nõ fuerit baptisata. In contrariũ ar/
guitur: quia p̃ceptũ de baptismo obliga
bat omnes post sui ꝓmulgationem ad sui
susceptionem: ergo ꝛ beatam virginem.
Item dñs iesus q̃uis nõ indigeret ba/
ptisatus fuit. ergo ꝛ beata virgo baptisa/
ri debuit q̃uis nõ indigeret. Propter illd
Ioh. iij. Amen amẽ dico vobis nisi quis
renatus fuerit ꝛc̃. Et Marci. vlti. c. Qui
crediderit ꝛ baptisatus fuerit saluus erit
Item de apostolis supponit̃ ꝙ fuerunt
baptisati ꝑ illud Ioh. xiij. Qui lotus est
nõ indiget nisi vt pedes lauet: ergo mul/
tomagis de beata virgine credendum est
cum fuerit ꝑfectissima obseruatrix ꝯsilio/
rũ ꝛ preceptoꝝ ꝙ baptisata fuerit. Rñ/
deo s̄m Alb. vbi s̄. ꝙ ꝑfecto credendũ est
beatam virginem fuisse baptisatam. Alis
eñ nõ haberet characterem ꝑ quẽ distin/
gueret̃ a iudeis ꝛ gentibus: imo cum ipsa
fuerit hũilima nullum gradũ hũilitatis p̃
termisit. ꝛ ideo baptisata est nõ solum ba
ptismo xp̃i sed etiam baptismo Iohis: vt
videtur sentire idem Alb. vbi s̄. c. lxxiij.
Ad p̃mũ obiectum ꝛ secũdũ Rñdetur
s̄m eũdẽ Albertũ vbi s̄. c. lxxxi. ꝙ beata v̾
go non frustra baptismũ suscepit nec ficta
fuit: quia eo qđ habere debuit nõ caruit s;
abũdauit peccati destitutione ꝛ fidei ꝑfe/
ctione que requirũt̃ in accedente. Nec ob
stat ꝙ sine originali fuerit concepta vel ꝙ
fuerit sc̃tificata plenissime qm̄ s̄m Tho.
in. iiij. di. vi. Et cõmuniter alios doctores
Quilibet tenet̃ ad baptismũ etiam sancti
ficatus in vtero ꝓpter tria. Primo ꝓpt̃ ac/
quirendũ caracterẽ quo annumeret̃ in ꝓplo

dei z quasi deputetur ad percipienda sa/cramenta diuina. Secūdo vero baptismi pceptionem passioni christi etiam corpo/raliter ɔformet. Tertio ꝓpter bonū obedi/entie: quia pceptū de baptismo oībus da/tum est. vnde gratiam acquisiuit: quia ꝑ baptismū suscepit beata virgo caracteris impssionem: augmentationē meritoꝝ atꝫ virtutum exercitatiōem. z sic patet. Ad tertium: quare vicꝫ nō agatur festum eius baptismi sicut festum purificationis vna ratio esse potest scꝫ: quia baptismus eius fuit celebratus in secreto. Oblatio autē in purificatione fuit in manifesto. Alia ra/tio: quia baptismus ꝑ se z pncipaliter da/tus est in remissionem peccatoꝝ z ideo ne putetur ipsa habuisse peccatū a quo mun/daret in baptismo nō debuit festum eius baptismi institui. Nec obstat ꝙ ecclia ba/ptismū dñi solēnisat q̄ tamen non habuit peccatum: quia ob hoc facit qm̄ sua bapti/satio nostri baptismi fuit cōsecratio. z sic patet. Secūdo de ɔfirmatione. Que/ritur vtrū beata virgo fuerit confirmata. Et potes arguere ꝙ nō: quia dñs iesus q̄ solus potuissꝫ ei legem dedisse nō legitur hoc sacramentum instituisse: ergo nec ipa tenebatur hoc sacramentū recipere. Itē cōfirmatio est sacramentū ad hoc institu/tum. vt per manus impositionem a ponti/fice detur spūssanctus quo roboretur ho/mo in pugna spūali: vt dicit Rabanus et ɔcordiret doctores alij. Sed beata virgo ad nullius manus impositionē spm̄sctm̄ recepisse legitur nec robore spiritus indi/guit qm̄ plenitudinē gratie habuit. ergo non videtur quare confirmari debuerit.]

Contra Beata virgo fuit plene z per/fectissime christiana. Sꝫ h fit ꝑ sacramē/tum confirmationis: vt homo inueniatur plene christianus. Vñ Rabanus. Oēs inquit fideles per manus impositionem epoꝝ post baptismū debent accipere spm̄ sanctum: vt plene inueniantur christiani. ergo beata virgo confirmata fuit. Respō/detur ergo fm albertū. c. lxxxi. ꝙ beata v/go fuit confirmata licꝫ nō sit in scriptura expssum. Nam confirmatio licet simplici/ter nō sit sacramentū necessitatis: eius ta/men ɔtemptus est damnabilis: vt volunt Richardus: Bonauentura. Alexander. Thomas Petrus z Albertus in. iiij. dis/vij. Unde quia beata virgo fuit perfectis/sima obseruatrix consiliorū z pceptorum sequit ꝙ confirmationē susceperit. Ad primū obiectuꝫ respondetur ꝙ fm Petrū aur. in suo compen. libro. vi. c. iij. ꝙ dñs ie/sus Confirmationē initiauit qn̄ manum puulis imposuit z eis benedixit. Ad se/cūdum respondet fm Albertū vbi supra. ꝙ in cōfirmatione recepit beata virgo al/terius caracteris impressionem ampliorē meritoꝝ augmentationē z pfectionem: v/tutum exercitationem z declarationem ꝑ pter quas gratias confirmationē nō fru/stra suscepit. Tertio de eucaristie acce/ptione. Querit vtrum beata virgo acce/perit eucharistiam. Ꝙ si obijcitur ꝙ nō: qr nō videt quid gratie in eucharistie ac/ceptione acceperit. Hoc enī sacramentum est institutū ꝓpter charitatis augmentum z in remissionē peccatoꝝ venialiū ac cau/telam mortaliū: z vt signum passiōis chri/sti rememoret Luc. xxij. Hoc facite in me/am cōmemorationē. Sed beata virgo eti/am absqꝫ hoc charitate plena fuit z remis/sione peccatoꝝ vel cautela mortalium nō indiguit: qr nūqꝫ peccauit nec mortaliter potuit peccare nec indiguit signo recorda/tōis sensibili que semꝑ xpiformis fuit fm sensum z deiformis fm intellectum ergo eucharistiā accipere nō debuit. Sed cō/tra: quia hoc sacramentū est amoris ergo ipm maxime debuit suscipere que fuit su/ma in amore. Rñdetur ꝙ beata virgo eucharistiā sepius accepisse cōprobat tam ex auctoritate: quia scriptum est Actuū. i. Erant pseuerantes in oratione z cōmuni/catione fractiōis panis cuꝫ maria matre iesu: qđ de cōmunione eucharistie accipit fm glo. cꝫ ex rōne quam ponit Alb. c. lxx/vij. sup missus est. Quia videlicet omnes fideles temꝑe oportuno z ab ecclia deter/minato tenent cōicare ex obligatiōe sentē/tie saluatoris Joh. vi. Nisi manducaueri/tis carnē filij hōis nō ha. vit. in vobis. er/go beata virgo si nō cōicasset scandalisas/set: sed non scandalisauit. ergo cōicauit.

Ad id in oppositū rñdet Alex. vbi sup c. lxxxi. ꝙ de sacramēto altaris recepit bea

ta virgo dñice passionis specialem recor/
datiõem: deuotionis actualis exercitatio
nem. Et contra filij absentiam corporalẽ
et visibilem: p̄sentie filij in hoc sacramen/
to ꝯsolationem. Quarto de sacramen/
to penitentie. Queritur vtrum beata vir/
go sacramentũ penitentie aliquãdo susce/
perit in vera contritione: confessione: et sa/
tisfactione. Et arguit ꝙ non. Nam nunq̃
peccauit: ergo nũq̃ ꝯtrita fuit: sed sine cõ/
tritione nõ est gratia p sacramentũ pnie.
ergo ipsa non recepit sacramentũ penitẽ/
tie et eius gratiam. Item confessio ficta
est sine contritione. ergo cum in ea contri/
tio locum nõ habuit nec cõfessa fuit. Itẽ
satisfactio sicut etiam cõtritio et confessio
nõ est nisi de peccato: cum ergo nũq̃ pec/
cauit nunq̃ penituit. Contra. Con/
fessio fuit in lege veteri et noua de p̄cepto:
igitur omnes tenebant̄ et p ꝯsequens etiã
ipsa. Item penitentia est p̄ma virtus: vt
dicit glo. sup illo verbo penitentiã agite.
Sed beata virgo habuit omnẽ gratiã et
virtutem: ergo et penitentiam. Item be/
ata virgo fecit confessionem operis seruã
do confessionem et offerendo oblationem
statutã p peccatricibus purificandis: vt
patz Luc. ij. ergo debuit facere etiam con
fessionem oris in noua lege. Respondeo
s̄m Alb. vbi supra. ca. lxxxi. ꝙ beata virgo
suscepit gratias oĩm sacramentoꝝ: vel in
seipsis vel equipollenti excellenter. Vnd
virtutem et sacramentũ penitentie susce/
pit excellentius pre alijs viatoribus: quia
in alijs actus penitentie respicit peccatũ
quod inest vel infuit. In virgine autẽ be/
nedicta sine p̄sentia vel precessione culpe
fuit actus penitentie. Iste autez actus pe/
nitentie ẽ detestatio peccati siue nolle pec
care. Beata igitur virgo habuit p contri
tione penitentiali innocentie conseruatio
nem et ppetuũ nolle peccare. Item p con/
fessione habuit gratiarũactionem. et p sa/
tisfactione operum superogationez. et per
hoc solui possunt obiecta in contrarium.

Sed circa hec adhuc remanet dubi/
um. Quid beata virgo confiteri potuit cũ
nullius peccati conscia fuit: que etiam
veniale non habuit. Respondet Alber/
tus vbi sup̄. ꝙ triplex est ꝯfessio. Vna ac/
cusatio peccatoꝝ. Alia est recognitio incõ
gruitatis et ingratitudinis beneficiorum
Tertia ꝯfessio insufficientie meritoꝝ. Et
hec tertia solũ fuit ꝓprie beate virgis con
fessio. q̄ confitebatur deo ꝙ tantã gratiam
recepit quã nunq̃ cum condigno meruit
vel omnis creatura mereri potuerit: licet
ipsa de congruo meruerit. Item adhuc
queritur quis fuit eius confessor. Et vide
tur ꝙ beatus petrus: quia ordo est inter
confessores et confitentes. cum ergo beata
ꝟgo fuerit summa debuit ꝯfiteri summo
ꝯfessori et dignissimo. Hic autẽ est papa:
sed petrus fuit papa et petro est confessa.

Sed contra. Supior p̄latus nõ debet
se intromittere de administratione sui in/
ferioris vtpote archiepiscopus d his que
sunt sui suffraganei: nisi in determinatis
casibus: vt patz extra de officio iudicis or
dinarij. ca. pastoralis. et ibi in glo. ergo cũ
beata virgo esset specialiter beato Iohan
ni cõmissa: ab ipso debuit recipere sacra/
menta. Concedendũ est ergo ꝙ beata vir
go p̄misso modo confessionem fecerit bea
to Iohãni euangeliste suo ꝓprio confesso/
ri. et ab eo accepit sacramẽta post filij mor
tem. Hec Albertus vbi supra. Quin/
to de sacramento matrimonij. Questio lo
cũ nõ habet: quia ꝯstat ex euãgelio ꝙ ipsa
fuit desp̃õsata ioseph: et fuit verum matri
moniũ sicut patuit in libro p̄mo pte. vi. ar
ti. iij. ca. i. Sexto de extrema vnctione.
Si q̄ras vtꝝ eã beata ꝟgo suscepit breui
ꝟbo Rñdet̄ ꝙ sic tali rõne quã ponit Alb
vbi s̄. qr si q̃s totã legẽ s̄uauerit: offende/
rit aũt in vno: factũs est oĩm reus. Iaco. ij.
Sed qr extrema vnctio fuit de lege a dño
instituta et ab ecclia. cũ legit̄ Mar. vi. ꝙ
discipulos misit dñs circuire castella: qui
oleo vngerẽt infirmos et sanarent̄. g̃ beata
virgo tenebat̄ ad extremã vnctionẽ et per
ꝯñs eã suscepit. De hac re hic breuiter p
transeo ne tedium plixitas generet. Lati
us autem habes hanc questionẽ declara/
tam li. x. p. i. ar. i. §. ij. quia ptinet ad mate/
riam de morte et obitu marie. Septi/
mo de sacramẽto ordinis. Si queras Re
spondet̄ s̄m Albertum vbi supra. ꝙ hoc
solum sacramentũ beata virgo nõ recepit
nec eius caracterem habz. Et hoc ideo: qr

congruit eam hoc non recipere. Primo ꝑ
pter status sui contrarietatem. Sacramē
tum eñ ordinis ſm exteriorem reputatio
nem hominū quandā prefert dignitatem
Interius autem ſm veritatem humilem
pertinet ad seruitutem. Unde contrariū
erat ꝛ opponebatur statui beate virginis
que interius summam coram deo habuit di
gnitatē: exterius ꝓ summā corā hoīb ha/
buit humilitatem. Secūdo nō congruit
recipere ꝓpter humilitatem ꝛ aliarū mu/
lierum conformitatem: qm̄ mulieres ab h̄
sacramento excluduntur ꝓpter sexus indi
gnitatem maiorem peccandi fragilitatē
ꝛ ꝓpter eam que ex his sequunt̄ regiminis
incongruitatē Sed forte obiiciendo di
cas. ꝙ ex hoc sequit̄ ꝙ beata ꝟgo nō fuerit
gratia plena: quia hac gratia scilicꝫ sacra
menti ordinis caruit. Respōdet̄ ſm Al/
bertum ibidem ꝙ licet virgo beata hoc sa
cramentū non receperit. Nihilominus ta
men quicꝗd dignitatis vel gratie in ipso
sacramento confertur de hoc plena fuit ꝛ
supexcellenter habuit: vt patet inductiue.
Nam in hoc sacramento confertur mini/
stris ecclesie corona in signum beneficia/
lis dignitatis. sed beata virgo habuit co/
ronam dignitatis: nō tm̄ super militantē:
sed ꝛ super totam triūphantem ecclesiam
Item supmus istoꝝ ministroꝝ ecclesie q̄
ordinant̄ est papa: qui appellatur seruus
seruoꝝ dei. Ipsa autem virgo benedicta
est regina ꝛ dn̄a pape ꝛ omniū angeloꝝ
ac totius mundi. Item in ministris istis
est potestas delegata a deo vel subdelega
ta a vicario. In ipsa autem virgine beata
est potestas celestis plenissima ꝛ perpetua
ex auctoritatē ordinaria. Itē in ministris
ecclesie est executio ligandi atqꝫ soluendi
per vsum clauium ꝛ ministerium. In ipsa
autem dn̄andi potestas ad ligandum et
soluendum per imperium. Demqꝫ mini/
stri ecclesie habent potestatem ꝛ papa ple
nitudinem potestatis tm̄ in vita ista ꝛ nō
in celo nec in purgatorio nec in inferno.
Beata autem virgo habet potestatis ple
nitudinem in vita ista: in celo: purgatorio
ꝛ inferno. Et sic patet. Unde Bernardꝰ.
Data est tibi potestas o Maria in celo ꝛ
in terra: vt quicquid velis valeas efficere

Manifestū est ergo nil dignitatis ꝛ gra/
tie que est in sacramentis deesse in virgi/
ne: sed eam hoc totum vel in se vel in eq/
pollenti: vel excellenti plenarie possedisse
Hec Albertus. O igitur virgo supbene
dicta. O dn̄a gliosissima. O excellen/
tissima femina Maria dulcissima: Quis
mente comphendere Quis lingua suffi/
ciat explicare tuas dignitates; gratias: et
virtutes? Quis te digne queat laudare: si
mille ora: si decē milia lingue vnicuiqꝫ no
strum forent te laudando non possemus
sufficienter ꝛ q̄ītum ex equo debemus col
laudare. hoc solum o piissima virgo vni/
ca spes nostra: ꝛ consolatio cordis nostri:
dulcis dn̄a te deprecamur. Hoc solū sup/
pliciter exposcimus: vt apud tuum dulcē
natum apud amantissimū iesum quē no/
bis saluatorem edidisti: mereamur tuis ꝑ
cibus ineffabilis tue ꝛ eius glorie fieri ꝑ/
ticipes ꝛc̄.

Articulus tertius de regulis sanctitatis quas singulas ꝛ omnes in sūma perfectione obseruauit beata maria q̄ꝺdiu vixit.

T Ertium misterium
ꝓ hac parte declarādum dicitur
regularis obseruationis. Nam si
volumus agnoscere sanctitatem vite bea
te virginis que nobis in exemplū imitan/
di proponitur clarescit ex consideratione
regularum obseruandarum que necessa/
rio requirunt̄ ad vite humane sanctitatē
ſm sacre scripture ꝛ doctoꝝ catholicoꝝ
rudimenta. Accipere autem possumus
ꝛ distinguere h̄. xij. regulas sanctitatꝭ: ꝛ di
uidendo in quatuor ternarios ponere ſm
qꝺ earum prime tres regule accipiuntur
ex ꝟbis dauid psalmiste. Alie tres a Cri/
sostomo. Alie quoqꝫ tres supaddite acci/
piunt̄ a Bern̄. Ultime vero tres tradun
tur a sanctis simul Grego. Bernardo et
Richardo de sancto victore: vt patebit in
tuenti. Has quippe sanctitatis regulas
summa perfectionis preeminentia obser/
uauit benedicta virgo. His vita eius oc/
cupata tota extitit sanctitate plena ꝛ pro

bis atq; cum ipsis omnibus in exemplum
sanctitatis data: corona stellarum duode/
cim eius sacratissima vita extat gl'iosa

Capitulum I

Pro primo igitur ternario dixi: q
sanctus dauid spiritusancto dictā/
te tradit tres precipuas regulas
sanctitatis obseruandas fidelibus cū di/
cit ps. xxxiij Quis homo qui vult vitam
diligit dies videre bonos. et pluribꝫ ver/
bis vnam sniam cōplectens: diuerte inqt
a malo ⁊ fac bonum: inquire pacem ⁊ per
sequere eam. Ecce tres prime regule san/
ctitatis patent.

Prima regula ꝯsistit in mali declinatōe
Scda in arduoꝝ bonoꝝ exercitatione
Tertia in aduersoꝝ patiēti toleratione

Prima itaq; regula sanctitatis ē in ma
lorum id est peccatoꝝ declinatione. Vnd
dicit ꝑ dauid: declina a malo. Malū em
culpe ⁊ peccati ꝯtrariatur beatitudini et
felicitati sctītatis ⁊ grē. ⁊ ideo simul inesse
nō possunt. Hinc ꝑ Esa. ca. i. clamat dñs
Quiescite agere ꝑuerse discite bñfacere.
Ad idfacit. l. q. i. ca. dñs vbi habet q sā
ctitas innocētie tm̄ bonis cōuenit. qm̄ vt
habet. xxiij. q. iiij. Quaneꝰ: mali sunt ziza
nia. Boni aūt sunt triticū. ꝗ ꝑ sniaꝫ datā
a saluatore. Mat. xiij. Alligate inqt ziza
nia ad conburrendū. triticū aūt ꝯgregate
in horrea mea sequit q malꝰ nō pōt q̄dus
malus ē esse sctūs ⁊ saluādus sed dānan/
dus. Quāobrē Arist. ꝑmo Ethi. Felix
inqt est ꝗ sine vituperio mali est. Et. vij.
Ethico. ait Homies dij ꝑticipatiue dicū
tur ꝓpter virtutis excellentiā hō vero pra
uus peior ⁊ crudelior est oī bestia. Hec il
le. Vñ qui vult sctūs esse ⁊ felix. hoc pri/
mū reqrit vt declinet a malo ⁊ agat peni/
tētiā d pctō. iuxta illō saluatoris ꝑmā ꝑdi
catione. Mat. iiij. Pniam agite appropi/
qbit regnū celoꝝ. Primā hāc regulam
bñdicta ꝟgo excellētissime obseruauit. qa
nunq; in tota vita sua peccauit etiā venia
liter ꝑ Augustinū ⁊ Bern. Et ꝑsuadet ꝑ
rōem ꝟm Alb. sup missus est ca. clxxviij.
talē. qꝛ nullū etiam veniale vel originale
pctm̄ est grā. ꝗ vbi aliqd de pctō est ibi ali
quid vacuū de grā est. Cū ꝗ btā virgo fue
rit grā plena: teste angelo Lu. i. ergo nil d
pctō fuit in ea. Scda sctītatis regula ē
in arduoꝝ oꝑatione. Vñ subdit dauid et
fac inqt bonū. qm̄ vt dicit Greg. io mel.
de ꝯfessoribꝫ Minꝰ est malū nō agere: ni/
si etiā quisq; studeat et bonis oꝑibus in/
sudare. Scdam hanc regulā obserua/
uit bñdicta virgo maria in sūmo. qꝛ totā
suā vitam expendit in opere bono. vt eniꝫ
de ea scribunt ꝯcorditer Epiphaniꝰ Ger
manus ⁊ ignaciꝰ atq; hieronymꝰ in epl'a
ad Cromaciū ⁊ heliodiū hāc regulā vir/
go beata in tota sua vita sibi statuerat: vt
hora matutina q̄tidie surgeret ⁊ vsq; ad
nonā ꝯtinue atq; icessanter oraret. Ab au
rora cogitabat de filio suo oīa misteria. s.
conceptionis: natiuitatis: baptismi: ieiu/
nij: passionis: sepulture: resurrectiōis: ascē
sionis ⁊c. ⁊ grās agebat deo de tam pia li
beratione humani gñis. Illucescente die
vsq; ad tertiā. loca misterioꝝ xp̄i ꝓpe hie/
rusalē existentia vel intra deuotione sedu
la actu visitabat. A tertia vero vsq; ad no
nā horā textrino operi se occupabat. Fer/
tur vienne esse vnus cingulus quem ipsa
dicitur texuisse ⁊ qui eū viderunt narrāt
nunq; illo pulchriorē videri potuisse. Itē
a nona ab oratiōe non recedebat quousq;
illi angelus appareret ⁊ escā afferret quā
solebat de manu eiꝰ accipe cū grāꝝ actio/
ne. Nec miꝝ hoc qm̄ si filios israel deus
pauit mānā. xl. annis in deserto angelicis
manibus ꝑparato. et heliam ascendenteꝫ
in montem oreb. q̄to magis illud creden/
dum est de ꝟgine mr̄e. Esca igitur quam
ꝟgo de manu angeli accipiebat: ipa refi/
ciebat. Que vero a pontificibꝫ accipiebat
pauperibus erogabat. Sed et q̄cquid la/
bore manuū acqrebat pauꝑibus distribue
bat Sedulias q̄oq; dicit q iuxta lectu/
li eius caput erat vna sedes vbi libri scti
stabant quibꝫ somnū interrūpens sepe se
pius legebat. Erat ibidē ⁊ oratoriuꝫ vbi
iugit orationi ⁊ ꝯtēplationi insistebat. Vnd
patet: qꝛ nullū fuit tp̄s: nulla hora: q̄n vti/
liter in dei seruitio ⁊ merito acq̄rendo nō
foret occupata ⁊c. Tertia regula sctīta
tis est in aduersorū patiēti toleratōe. ideo
dauid inquire inquit pacē. Nimirū patiē
tia opꝰ ꝑfectū habꝫ Iac. i. Gregꝰ. Sctōꝝ
inquit vita i aduersis tolerādis agnoscit

dicente saluatore: In patientia vestra pos- sidebitis animas vestras. Lu.xxi. Istã regulam beata virgo in summo seruauit. quoniã eius patiẽtia inuincibilis fuit ab omni malo. Et quis cogitare sufficiat q̃n- tum dolorem patientissime sustinuit cum filium suũ pati vidit cuius doloris gladi- us animã eius pertransiuit. Nullum vel minimũ verbũ impatientie in ea repitur que tamen vnica oratiõe crucifixores sui nati: si libuisset occidi a deo meruisset. Si quippe helias vno verbo meruit vt descẽ dat ignis de celo ⁊ consũmat quinquage- nariũ principem ⁊ quinqaginta qui cum eo erant: multofortius id efficere potuis- set dei mater. Sed quid perlege euange- licam hystoriã et certe non inuenies eam de passione sui vnici reclamãtẽ. Non vin dictam exorantez: non vel minimo verbo contradicentem. O felicissima patientia marie et eius filij domini iesu qua vita da ta est mũdo. O peccator stude imitari eo rum pietatem mititatem patientiã ⁊ mã- suetudinem ⁊c̃.

Capitulum II.

a Ccipiamus scd̃m ternariũ in quo ponuntur alie tres regule sancti- tatis s̃m Chriso. dicentem super Matheũ. Tria sũt inquit potissima que sanctificant homines. scilicet cordis mun dicia: bonorum operum affluentia. facto- rum videlicet intentione recta. ⁊ spiritus sancti persentia. Ut igit̃ ad premissa tria continuemus. Quarta regula sancti- tatis consistit in munda ⁊ sancta affectio ne cordis atq̃ȝ cogitatiõe. vt scilicet ad nil terrenuȝ: nil carnale afficiatur cor vbi ma culetur eorum amore. Hinc per Esa- iam dominus clamat ca.i. Lauamĩ mun di estote. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et Saluator mundo cordi visionem dei repromittit di cẽs: Mathei.v. Beati mũdo corde quo- niaȝ ipsi deum videbunt. Et ratio huius regule elicit̃ ab Augustino sup canonica Joh.ca.i. dicẽte. Talis ẽ vnusquisq̃ȝ qua lia amat. si terrã diligis terra es: si celum diligis celum es: si deum diligis non ego tibi dico: quia deus es. sed audi psalmistã dicentem. Ego dixi dij estis ⁊c̃. Hec ille.

Hãc regulam quãta diligentia obser- uauerit virgo benedicta claret ex verbis Ambrosij lib. de ꝟginitate dicẽtis. Quid inquit nobilius matre dei Quid splẽdidi us ea quã elegit splendor eternus. Quid castius ea que christũ sine contagione ge- nerauit: virgo erat non solum corpore sed et mente. que nullo doli ambitu sincerum vulneraret affectum. Et iterum. Cogita tiones inquit bonas virgo semper comi- tes habebat. corde erat humilis: ꝟbo gra uis: animo prudens: loquendi parcior: le- gendi studiosior: intenta operi: verecũda sermone: deum solum solita querere ⁊ ple no corde diligere ⁊c̃. Deniq̃ȝ hoc idẽ cla ret ex verbis Anshelmi dicẽtis ꝙ ipa tan ta puritate nitebat qua maior sub deo ne- quit intelligi. Quinta regula sanctita tis est in recta ⁊ sancta intentione qua ho mo regulatur in omni bona operatione. Naȝ vt dicit saluator Mat.vi. Lucerna corporis tui est oculus tuus. si ocul⁹ tuus simplex fuerit non habens aliquã parteȝ tenebrarum erit corpus tuum luciduȝ to- tum. si vero oculus scȝ intentionis nequã fuerit. totum corpus tuum. i. totuȝ op⁹ te- nebrosum erit. Huic cõcordãt iura. xli. di. Quisquis. Et. xxiij. q. v. Cũ minister vbi hẽt̃ ꝙ intẽtio finẽ operi imponit Intentio nẽ em̃ respicit de⁹ plusq̃ȝ actus. v. q. v. Si sacerdotibus ⁊c̃. Et huic concordat ꝟbũ phi. ij. Thopicoꝝ. vbi dicit. Cuius finis bonus ipsum quoq̃ȝ bonuȝ. et cuius finis malus ipsum quoq̃ȝ malum ꝓpterea apo- stolus hortatur dicẽs. Omnia in laudem dei faciatis Hãc regulã virgo btã sum- opere obseruauit vt in omnibus non nisi dei honorem quereret et intenderet vt de ea testatur Ambrosius libro de virginita te. Sexta regula sanctitatis est in gra- tie spũssancti influitione Sine namq̃ȝ grã spũssancti nõ habet homo sanctificari. te- ste aplo. ij. Cor. iij. Nõ ꝙ sufficiẽtes sim⁹ aliquid cogitare ex nobis tanq̃ȝ ex nobis sed omnis nostra sufficientia ex deo ẽ. Ni mirum vt habetur de conse. di. iiij. Placu- it. Sine gratia dei nec mandata eius im pleri possunt Et di. xl. Quelibet. dicit̃ ꝙ si ne gratia dei quantumlibet occulta loca animã saluare non possũt. quia et de para

diso homo: et de celo angelus peccādo ce-cidit. Hec ibi. Qui vult ergo sanctus es-se studeat in hac vita dei gratiam sollicite querere et cōseruare. Hanc regulā sum-ma pemineñtia ī sua tota vita seruauit bea-ta ꝟgo: quia gratia plena fuit.

Capitulum III

Ertium ternarium regularū p-ducamus: in quo superadduntur tres alie regule sanctitatis ſm de-uotum Bernardū. Quarum pma et in ordine ad premissa Septima regula sā-ctis est in sobrij victus obseruatione. Nā vt habetur de conse. di. v. ca. Ne eales. Gu-la nil celeste permittit homini cogitare. p-prterea saluator Luce. xxi. dicit: Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra cra-pula et ebrietate. Hinc et petrus pma ca-nonica ca. v. clamat di. Fratres sobrij esto-te et vigilate quia aduersarius vester dia-bolus etc. Hāc certe regulam sobrieta-tis obseruauit beata ꝟgo i omib; tempa-tissime se habēdo. vt testatur Ambrosius libro de virginitate dicēs sic. Quid exeqr ciborum parsimoniā officiorum redundanti-am. Alterū vltra naturam superfuisse scz in maria. Alterum ipi pene nature defuisse. Illic nulla intermissa tempora. Hic con-tinuata ieiunio dies. et si quādo successis-set reficiendi voluntas: cibus plerūqz ob-uius fuit qui mortem arceret non qui de-litias ministraret. Dormire illi non prius cupiditas qꝫ necessitas fuit Et tamen cū quiescebat corpus; vigilabat anim⁹ q̄ fre-quēter in somnis aut lecta repetit aut sō-no interrupto continuat: aut disposita ge-rit aut gerenda pronunciat. Hec Amb. Ecce quanta sobrietas marie. Octa-ua regula sanctitans est in charitatis af-fectione. Charitas enim est sine qua nec fides: nec iusticia: nec bona opera valent ad salutem. vt patet. xxiij. q. i. vbi. Et ca. Odi. et ca. se. Et de pe. di. v. §. Item hec est charitas. Unde apostol⁹. i. Corint. xiij Si linguis hominum loquar et angelo-rum: charitatem autem non habeam fac-tus sū velut es so. Propterea Bernardus super cantica ser. xxviij. dicit. Quantitas sanctitatis: videlicet cuiusqꝫ anime extti-matur ad mensuram charitatis quam ha-bet vt que multum habet charitatis ma-gna: que parum parua: que nil nihil sit.

Hanc regulam benedicta virgo in sū-mo seruauit. quia sūme deum dilexit et pxi-mum propter deum: vt patebit infra cum de eius charitate agetur. ergo summe san-ctissima fuit. Nona regula sanctitatis est in humilitatis fundatione. iuxta illud Luce. xvij. Cum feceritis omnia que pre-cepta sunt vobis: dicite serui inutiles su-mus. Et iterum ca. xviij. Qui se humiliat exaltabitur. Hugo de hūilitate. Ille ma-ior in celo qui humilior in mundo. Bea-ta virgo summe humilis fuit: propter qđ et sūme deo placuit vt mater fieret dei. Ip-sa teste Luce. i. Respexit humilitatem an-cille sue etc.

Capitulum IIII

Ccipe vltimū ternarium regula-rum sanctitatis ſm Richardum Bern. Gregoriū atqꝫ alios sacros doctores quarū. Pria et in ordine ad p̄di-cta Decima regula est in pximorum edi-ficatione. Rich. Oportet inquit hominē sanctum etiam ad eos qui foris sunt de-bite esse ordinatum. vt iuxta dictum apl'i. Prouideam⁹ bona nō solum corā deo: sz etiam corā hominib;. Ro. xij. scz habētes edificatoriā conuersationē. Nam vt habe-tur. v. q. vij. §. Paulus. Parū est in se a fi-de non exorbitare: et alios exemplo vl' ver-bo eijcere. Et iterū. xi. q. iij. precipue dicit Gregorius. Tot mortibus digni sunt p-lati. etiam si peruersa nunqꝫ perpetrant: quot ad subditos prauitatis exempla trā-smittunt. Hinc Aris. v. Ethi. dicit: Opti-mus ē qui nō solū ad se vtitur virtute sed etiam ad alios. Pessimus aūt est q nō so-lum vtitur malicia ad se sed etiam ad ali-os Hec ille. Benedicta ꝟgo nunqꝫ ali-quē scandalisauit. quia vt dicit Ambrosi-us libro de virginitate: Nil iquit toruum in oculis marie: nil pcax in verbis: nil in actu verecundū. Non gestus fractior: non ingressus solutior: nō vox petulātior vt ip-sa corpis spēs simulachrum fuerit mētis et figu-ra pbitatis. Itē hiero. i epl'a ad cromaciū et heliodo. di. Hāc irascētē null⁹ vidit: hanc maledicētē null⁹ audiuit: ois act⁹ et omis sermo eius ita erat gr'a plen⁹ vt cognosce-ret in eius lingua de⁹. Deniqꝫ ipsa propi-

ximos edificauit et eis pfuit informatiõe boni. qa vt dicit hiero⁹. vbi s̄. Sollicita erat maria circa socias suas: ne aliqua ex eis in aliq̄ sermone peccasset. Ne aliq̄ iniuriosa aut supba circa parē suā existeret Sine intermissione bn̄dicebat deū Et ne forte in salutatione sua a laudib⁹ dei tolleret. si quis eā salutabat illa p salute deo grās respōdebat. Ab ipa nempe primum pcessit. vt dū salutant homines sancti deo gratias dicant. Quotidie videbant angeli loqui ei ꝛ quasi charissimi obtempabāt ei. Hec hiero⁹. Preterea eius vita inclita cunctas illustrat ecclesias. s. exēplo edificationis. vt canit ecclesia. Undecima regula sanctitatis est in omniū virtutū decoratione. Un̄ Bern̄. Quātumlibet te affliges: quantumlibet te cruties non dabit tibi copiā sui dominus virtutū nisi fueris virtutibus adornat⁹ Hec ille. Hinc apostol⁹. i. Cor. iiij. Non in sermone ē regnū dei sed in virtute. Nec sufficit vnā tantū habere virtutū sed oēs: vt omīa vitia impugnentur. sicut em̄ miles mundi nō ē expedit⁹ nisi omīa arma habeat ita nec miles christi si aliqua virt⁹ sibi defuerit Un̄ Greg⁹. xij. li. moral. Una inquit virt⁹ sine aliis aut oīno nulla est aut imperfecta. Et Tulius in secūdo. de tusculanis questionibus dicit. Si vnam virtutem cōfessus es te non habere: nullā necesse ē te habiturū. Hec ille. Benedicta virgo sup omnes excellentissime omnib⁹ virtutibus pollebat. vt ostendet pte. ij. hu⁹ libri. ergo ipsa sanctissima erat. Hiero⁹. Si diligenter attendas: nil est virtutis: nil splendoris: nil gratie: nil cādoris quod nō splēdeat in maria. Duodecima regula sanctitatis in finali perseuerātiõe. quia vt dicit Greg⁹. i. li. moral. In cassū bonū op⁹ agitur: si ante finē vite deseratur. Non em̄ qui incipit sed qui perseuerauerit hic saluus erit. Mat. xviij. Unde Ber. in epla. cxxviij. dicit. Sola est pseuerātia cui eternum pmittitur pmiū sine qua nemo videbit deū ꝛc. Bn̄dicta virgo maria inflexibiliter vsq̄ ad mortē adhesit bono et perseuerauit in plenitudine gratie. ergo claret q̄ ipsa sanctissima fuerit. O itaq̄ fidelis anima stude imitari mariā si vis sanctificari. si vis corregnare ei Ne dimittas legem vite ei⁹ vt addat grā tuo capiti

Pro simplicium autem et ruraliū auditorum informatione ꝛ edificatione libeat finaliter poni hic vnum Exemplū. quod partim accipio ex libro qui dicitur speculum virginis marie: partim vero ex pmptuario discipuli. Exēplo. xxij. in hoc opere conbinatum. Miraculum

Quartum priuilegium virginitatis marie. quia est omnium miraculosissima quia que virgo est et mater non quidem tantum hominis sed et dei est omnium nouorum nouissimum et miraculorum maximum. vt ait Dionisius Quod merito de ea dicitur illud Ecci. xliij. Uas admirabile opus excelsi. Nimirum valde mirabile esset vas quod maius seipso continet. et hoc est in beata virgine. Unde canit ecclesia: Uirgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Item vas esset mirabile: quod vinum et aquam simul: sine interstitione et tamen sine commixtione contineret. Sic beata virgo vinum diuinitatis et aquam humanitatis sine mixtione confusionis naturarum continuit. Unde canit ecclesia: Mirabile misterium declaratur deus homo factus est: id quod fuit permansit et quod non erat assumpsit non commixtionem passus neque diuisionem. Item vas esset mirabile quod manens clausum omnia in se reciperet et clausum effunderet Illud autem sanctissimum vas est beata virgo que deum concepit virgo et post partum virgo permansit. Multa alia miracula que fuerunt in conceptu eius virginali: tacta sunt libro. i. pte viij. arti. iij. etc. Quintum priuilegium virginitatis marie est quia eius virginitas extitit fructuosissima. Unde canit ecclesia: Benedicta filia tu a domino. quia per te fructum vite communicauimus. Reuera per eius virginitatem deum fratrem habemus et eterne vite participes effecti sumus. Et vt ait Anshelmus libro de conceptu beate virginis. Omne inquit bonum ad quod homo conditus fuerat perdidit in adam: et idem ipsum bonum multo excellentius et felicius recuperauit humana natura per mariam. Nimirum septem bona precipua perdidimus in adam que recuperauimus per virginem mariam felicissime. Primum est peccati immunitas et innocentia quam peccando perdidit

homo: hoc maria felicius in filio reparauit cum ipm̄ met deum pro peccatis nostris satisfaciendum obtulit ꝓpter qḋ Gregorius dicit: Felix culpa que talem ⁊ tantum meruit redemptorem. Secundũ bonum est sanitas. nunquã eñ in statu innocentie manens homo fuisset infirmat⁹ aut aliquem morbum passus. vt volũt doctores super scḋo. hanc felicissime recuperauit hõ ꝑ mariã ꝑ quã obtinuit vt veniat ad resurrectionem gloriosam et supernaꝫ patriam. vbi vt habetur Apocal. xxi. Absterget deus omnem lachrymã ab oculis sanctorum: et iam non erit amplius neqꝫ luct⁹ neqꝫ clamor ſꝫ nec vllus dolor. Tertium bonum qḋ perdidimus est impassibilitas. quia corpus hominis in illo statu preseruabatur ne pateretur lesionẽ ab aliquo duro puta gladio lapide ligno vel ferro ⁊c̃. Nec etiam pateretur frigus vel calorem: sed viueret in maxima temperantia. et hoc partim per ꝓpriam rationeꝫ per quam vitasset nociua; partim per diuinaꝫ prouidentiaꝫ que ipsuꝫ sic tuebatur vt nil ei occurreret a quo lederetur. vt vult magister et docto. in scḋo. Hoc felicissime recuperauit homo per virginem mariã per cuius fructum virginalem habebim⁹ in futuro dotem impassibilitatis. Quartum bonum qḋ perdidimus est immortalitas. quia si non peccasset adam nunquã mortis nexũ incurrisset homo. vt vult Augustinus libro de questionibus veteris et noui testamenti. Hanc gloriosissime recuperauimus per mariam per quaꝫ celestis glorie et vite sempiterne aperta est nobis ianua mediãte ei⁹ fructu sacratissime virginitatis: id est christo. Quintum bonum omnis defectus incomoditatis ⁊ turpitudinis elongatio: que fuisset in paradiso si nõ peccasset homo. Nam et dormiuisset absqꝫ omni brutali turpitudine nec in sumẽdo cibum fuisset passus quo ad digestionem in stomacho vel capite aliquẽ defectum vel incõmoditatem. et licet in cibo assumpto fuisset aliqua fumulnes vel impuritas que non fuisset in nutrimentũ homis conuersa. vnde superfluitates emisisset. tamen fuisset diuinitus prouisuꝫ ne aliqua turpitudo seu indecentia aut fetor ex hoc resultaret: nec quo ad corporis nuditatem nec alias aliquem defectum aut turpitudinem homo passus fuisset. veruꝫ per virginem mariam obtinuimus celestem patrem: vbi erimus sicut angeli ĩ celo vbi aberit omnis defectus: omis deformitas et indecentia: ⁊ aderit omne bonũ vt ait Augustinus. Sextum bonum qḋ perdidimus in adam est libertas non enim homo homĩ dominatus fuisset: nũc vero felicissimam venimus in libertatem filiorum dei per fructum virginis marie. quia sumus filij ⁊ heredes dei coheredes autem christi Romano. viij. Septimũ bonum sapiẽtie et scientie limpiditas. clariorem eñ habuissemus cognitionem de deo de angelis ⁊ ḋ creaturis q̃ꝫ mõ Unde August in⁹. xi. super Geñ. ad litteram dicit. Fortassis deus primis hominibus loquebatur aurea: sicut cum angelis loquitur ipsa veritate immutabili illustrans mentes eorum: etsi non tanta participatione diuine essentie q̃nta capiunt angeli. Hec ille. Hoc bonum felicissime recuperatum est per mariam per cui⁹ fructum virginalem illuminati sumus in fide et tandem veniemus ad clarissimum lumen visiõis diuine. O igitur felicissima virgo maria merito tibi dixit angelus. Luce. i. Inuenisti graciam apud dominũ: quoniaꝫ omnẽ gratiã quã in adam amisimus: tu inuenisti et inuentam nobis restituisti. O gloriosissima domina. quid laudis: quid gratiarum actionis: quid de seruitutis tibi retribuamus ⁊c̃. vere toto posse tibi seruire et te laudare obligamur ⁊c̃.

Articulus tertius q̃ virginitatem beate Marie attestantur et approbant plurima testimonia et precipue duodecim generum.

t Ertium misterium hic declarandum dicitur Attestabilitatis. vt eñ mẽs humana infirma et ad credẽ

dum tarda solidetur in fide catholica: et certius agnoscat virginitatem verissimam beatissime marie: Iuxta numerũ duodecim stellarum in corona capitis eius duodecim testimonia ꝛ firmamenta fidei eiꝰ describuntur quibus attestatur ꝛ approbatur ipsius beate marie virginitas et his tanq̃ duodecim stellis attestantibus suam virginitatem ipsa gloriatur: que quidem in tribus quaternarijs ordinantur. vt patet intuenti.

Primũ testimoniũ dr figurarũ diuinarum multiplicitas
Secũdm ꝓphetiaꝝ diuersitas
Tertiũ scp̃turaꝝ ꝯcors veritas
Quartũ eccl'ie sanctoꝝ autoritas
Quintũ angeloꝝ infallibilitas
Sextũ testiũ irreprehensibilitas
Septimũ rationum theologorum confirmabilitas
Octauũ fidei xp̄ianoꝝ stabilitas
Nonũ gentiliũ scripturaꝝ pl'alitas
Decimũ p̄hicaꝝ reꝝ exẽplaritas
Undecimum mundialium hominum credulitas
Duodecimũ miraculoꝝ limpiditas

Capitulum I

Prima itaq̃ stella testimoniũ dãs virginitati marie dicitur diuinarum figurarũ multiplicitas quod certe testimoniũ est infallibile. quia cum deus sit summa veritas ꝛ bonitas vt cõmunis conceptio est omniũ etiam p̄hoꝝ: nec igitur falli nec fallere potest. Deus autem in sua lege per multas figuras p̄ostẽdit quia virgo deum generare debuit. igitur ꝛc. Innumerabiles autẽ figure huius a deo premonstrate sunt. vt patet ꝑ totum campum veteris legis ꝛ per singl'os patriarchas ex quibus hic aliqua producamus multis alijs resecatis causa breuitatis. Primirũ in adam preostensa ẽ virginitas marie. q̃a sicut primus ipse homo de virginea terra formatus est. ita secundus adam christus de virginea carne formari debuit. Item in eua que virgo existens mundum damnauit. ergo virgo deum concipiens ab angelo salutata mundum saluare debuit. Unde dixit dominꝰ in figuram huius: Ipsa ꝯteret caput tuũ: loquẽs ad serpentem: quasi diceret. ipsam virginẽ decepisti ergo ꝛ virgo conteret caput tuum. Item Abel in virginitate ꝼm Augustinum acceptus erat deo. Respexit inquit dominus ad Abel ꝛ ad munera eius. ad significandum quia munera virginitatis summe accepta sunt deo in maria. Item Enoch in paradisum deliciarum est translatus: ad figurandum. quia in vterum virginis tanq̃ in paradisũ puritatis ꝛ sanctitatis q̄ sunt delicie dei trãstulit se ipse deus qui nõ habitat in corpore subdito peccatis Sap̄.i.ca. Sed pascitur inter lilia virginitatis. Canticoꝝ.iiij.

Item Noe hoc preostensum est cũ accepit mandatum faciendi archam in qua genus humanum saluaretur a diluuio et dictum est eidem: Fenestram in archa facies ꝛ in cubito cõsũmabis eam. Etenĩ fenestra ꝼm doctores fuit vitrea vel cristallina que lumen sine sui corruptiõe reciperet ꝛ aquam ab instillatione in archã vel subintratione ꝓhiberet Unde archa figurauit ecclesiam extra quã non est salus homini. teste ip̄e saluatore Mat.vij. Arta ẽ via q̄ ducit ad vitã ꝛ pauci sũtq̄ inue. eã ꝛc. Fenestra per quam illuminatur archa id est ecclesia ẽ beata virgo maria que interp̄taꝛ illũiatrix: ꝑ quã verũ lumẽ .i. christus sine corruptione virginitatis eiꝰ tanq̃ lux solaria sine vitri corruptione intrauit.

Deniq̃ hoc preostensum est eidem qñ columba ad vesperam portans ramũ oliue virentibus folijs in ore annũciauit cessasse aq̃s diluuij. Colũba enĩ figurat puritatẽ. q: pura et mũda amat loca. Sz ꝛ virentia folia arboris virginitatem significant marie. que pacem a deo redditã hominibus annunciauit: vergente mundi vespere cum christũ in vtero portauit ꝛc.

Item hoc preostensum est abrae quãdo filium suum isaac genuit per repromissionem miraculose: diuina virtute faciente.

Item Jacob quando vidit scalã cuiꝰ sũmitas celos tãgebat ꝛ dñm innixũ scale et descendentes angelos ꝛc. Scala hec est maria cui dominus est innixus per incarnationem: ab ea angeli per eius virginita

tem pace firmata cum homine ad nos descẽdunt. Et vt ait Hieronym⁹ Semper angelis cognata est virginitas. Vñ per hoc figurata est virginitas marie. Itẽ moyses videns rubũ ardentem non cõburi in quo apparuit de⁹ intellexit cõseruatã virginitatem dei genitricis. Itẽ Aaron virga que floruit sicca pmanẽte. Nũe. i. xvij. figurat virginitatẽ marie. Et vt breuiter plura complectar omẽs figure veteris testamenti huic rei ↄcordãt quas si vellemus ante deficerem⁹ q̃ per singula enarrare possemus ꝛc. Ca. II.

Secunda stella dicitur ꝓphetiarũ claritas. Cum eñ vt ait petrus. ij canonica. i. ca. Non volũtate hũana est allata ꝓphetia sed spiritu sancto inspirante. clarum est eorum testimonium esse certissimũ. Hoc vero per omniũ ꝓphetarũ ora clamauit spũssanctus. q꞉ ṽgo deum debuit cõcipere. Vñ Esa. xi. Egredietur virga ð radice iesse ꝛ flos ꝛc. Flos eñ sine corruptione ex virga generat̃. ita christus ex virgine. Item ca. vij. Ecce virgo cõcipiet ꝛc. Itẽ Hieremie. xxxi. Nouum faciet dominus super terram: Femina circũdabit virum. hoc certum nouum fuit in mundo vt virgo conciperet virum quia nec similez visa est nec habere sequẽtem. Itẽ ezechiel. xliiij. Porta hec clausa erit ꝛ vir non pertrãsibit per eã. quia dominus deus ingressus est per eã ꝛc. Itẽ hoc significat daniel cap. ij. in lapide pciso sine manibus ꝛ in multis alijs prophetijs de quibus quia longum est scribere ꝑtranseo. Capitulum III

Tertia stella dicitur scripturarum cõcors veritas. Nam ƒm Scotuz i prologo li. sniaꝝ. q. ij. In nõ euidẽtibus ex terminis nec ex principijs euidẽtiam habentibus non consonant firmiter et infallibiliter ac generaliter multi diuersimode dispositi nisi a causa superiore ipsorum intellectus inclinetur ad assensum. Sed scriptores canonice scripture varie dispositi ꝛ varijs temporibus existẽtes in tali non euidenti videlicet q꞉ virgo deum generaret ꝛ alijs articulis fidei omino cõsonabant ꝛ consonant. Ideo sequitur q꞉ ipsi a causa superiori: id est a deo dirigãtur et diriguntur qui non potest esse autor falsitatis cum sit summa veritas. Nimirum huius rationis maior probatur per Augustinũ. xviij. de ciuita. dei. ca. xlj. dicentẽ Neq꞉ inquit in multitudine philosophorũ facile quis inuenit inter quos multa que senserunt qui conueniant: labore nempe nimio munimenta suorum dogmatuz phi reliquerunt que discipuli legentes: licet in aliquibus essent assentientes prioribus tanquã discipuli. alia tamen impbauerunt ꝛ quandoq꞉ discipuli contradixerunt fere per omnia magistro vt Aristoteles platoni ꝛc. Quoniã ergo non contradixissent posteriores nostri sancti prioribus patribus in aliquibus ad fidem ꝑtinentibus si non habuissent doctorẽ communẽ eorum intellectum ad eadẽ nõ euidentia inclinantem. etenim totum vet⁹ testamentum ꝛ nouum omniumq꞉ doctorum scripta sanctorũ a principio vsq꞉ christum ꝛ a christo vsq꞉ modo concordãt nec in his que fidei sunt ꝛ legis in puncto discordant. licet in opinionibus probabilib⁹ que fidẽ non corrũpũt aliter ꝛ alit̃ senserit. Propterea Leo papa in sermone de octaua natiuitatis dñi dicit sic: Diuina autoritas est cui credimus: diuina est doctrina quã sequimur. quoniã siue legis testificationi. siue oraculis ꝓphetarũ: siue euangelice tube auditum admoneamus vtiq꞉ verum est quod beatus Johannes spiritu sancto plenus intonuit. In principio erat verbum ꝛ verbum erat apud deum ꝛ de⁹ erat verbum. Et illud qđ adiecit. et ṽbuz caro factum est ꝛ habi. ꝛc. Ca. IIII.

Quarta stella est ecclesie sanctoruz auctoritas. quia nempe ecclesia catholica a spiritu sancto dirigit̃ ꝛ regitur. iuxta illud Math. x. Non eñ vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Vñ patet quia ipsa errare non potest in fide quia spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti dei homines eccl'e scz fundatores. ij. Pe. i. Ad quod faciunt iura. xxiiij. q. i. A recta in sede. xxv. q. i. Violatores. Itez xi. di. Quis in fi. Et. xij. di. ca. i. et ca. se. Sed quia tota

ecclesia catholica hanc fidem dogmatisauit ⁊ credit. Omnes quoq sancti a principio in hac fide sunt saluati. Nullus vero extra fidem ecclesie catholice saluari potest aut sanctificari: vt patet. xxiiij. q. i. alienus. Item. xxiij. q. iiij. ipa pietas. Et extra de hereticis cap. firmissime. igitur hec fides est verissima.

Capitulum. V.

Quinta stella angelorum infallibilitas. Angeli quippe dei cum sint noticia dei pleni nō possunt falli. Sed ipsi infallibile testimonium ferunt de virginitate marie ⁊ diuinitate dñi iesu. igitur ⁊c.

Quod autē angeli testentur virginalē conceptum domine: claret in plurimis locis veteris ⁊ noui testamenti quibus plurimi angeli leguntur id testasse. Et vt de ceterio pertranseam: aliquos tantūmodo angelos in medium ꝑducam. Quid aliud nēpe angelus dñi apparēs Danieli: vt patet eius ca. ix. testatur cum ait: Septuaginta inquit hebdomades abbreuiate sūt super populum tuum ⁊ super vrbem sanctā vt consumetur ꝑuaricatio et finem accipiat peccatum ⁊ adducatur iusticia sempiterna: ⁊ impleatur visio ⁊ ꝓphetia ⁊ vngatur sanctussanctorum. i. christus qui vnctiōe spiritussancti plenus: a spiritusancto conceptus est iuxta ꝑteritas visiones ⁊ ꝓphetias ⁊c. Item in nouo testamēto angelus Gabriel testatus est cum requisitus est a virgine benedicta de sacramento incarnationis. Quō inquit fiet istud: qm̄ virum nō cognosco. Respōdit. Spiritussanctus superueniet in te ⁊c. Luce. ꝑmo. Preterea Angelus ille qui apparuit ioseph quādo volebat occulte dimittere mariā testimoniū reddidit cum ait: Noli timere accipere mariam cōiugem tuam. Quod enī in ea natum est de spiritusancto est. Math. ꝑmo. Cui testimonio superadditur ⁊ ꝓtestatio quā fecit angelus apparens pastoribus in die natiuitatis dñi: necnō omnis ille exercitus angelorum canentium Gloria in excelsis deo: ⁊ in terra pax hoībus ⁊c. Si dicas: Ego nescio cū ꝑsens nō fuerim nec viderim: si hec omnia taliter se habuerūt in veritate: ⁊ talia verba angeli boni dixerūt sicut sonant euangelia: vel vtrū aliter fuerit. Rūdetur cū augu. decimo de ciuitate dei. ca. xviij ꝙ sic potes dicere vtrū deus creauerit mūdum ⁊ imortalia te nescire vel dubitare cum ꝑsens nō fueris tpe creationis nec imortalia videris. Vn̄ ibidē ca. viij. dicit Aug. Si libris magicis siue cirurgicis credūt hoīes cur lr̄is euangelicis nolūt credere ita esse facta ⁊c. Et iterum sm̄ Gregorij dictum. Manifestū est quēcūq hominē credere necessario ea que nō vidit. Nam quō credis te habuisse abauū vel prothauū quē nunq̄ vidisti. Multofortius credendū est deo in scripturis loquenti secure. ergo deo nosipsos cōmittimus in fide qui decipere vel decipi nō potest cum ipse sit sūma bonitas ⁊ sūma veritas.

Capitulum. VI.

Sexta stella dicitur Testiū irreprehensibilitas. ipsi quippe testes q̄ docuerūt hanc fidem ⁊ testificati sunt fuerūt viri sanctissimi ⁊ multi alij quidem apl'i: alij martyres: alij corum ꝯfessores ⁊ doctores excellentissimi vitam santissimā gerentes: ⁊ ideo merito eis credendū est ꝙ nequaq̄ ipsi hanc fidem docuissent si fuisset erronea. nec extimari possunt ꝙ fuerint mentiti tāte sanctitatis ⁊ tā multi viri. precipue cum ipsi ⁊ eorum lex vicz christiana tanta seueritate mendacium persecuti sunt maxime in his que sunt fidei vt scriptum sit per ps̄. Perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Quod si dicas eos nō fuisse mentitos sz deceptos fore. Rūdeo ꝙ nullo mō potuerūt decipi in hac re. Nimirū sex modis potest fieri vt quis decipiatur ⁊ inducatur ad reddendū falsum testimoniū q̄rum aliqui. s. modi notantur ab augu. xi. q. iij. ca. quatuor. ⁊ cap. se. Item. iij. q. v. accusatores. Primo ꝓpter ignorātiā approbando falsum qō putat esse verum. Secūdo ꝑ prauā cōscientiam qn̄ nō attendit quis nec curat qn̄ falsum testificetur. Tertio ꝑ auaritiā cū quis ꝓpter donū vel lucrum falsum testioniū reddit. Quarto ꝑ amiciciā dū ꝑ alicuius amore vel amicicia falsa testificatur. Quinto ꝑ odij maliciam: vt q̄ quē odit ꝯtra illū falsum testimonium reddit. Sexto ꝑ timoris vehementiā sicut serui dñis ꝓpter timorez mentiuntur ⁊c. Testes aūt sacre fidei tales fuere ꝙ nullo

stoꝝ modoꝝ potuerūt decipi. Primo nō ꝑ ignorantiā: qꝛ ipi hūerūt sciam infusam a spūsancto docēte eos oēm veritatē Joh. xiiij. ⁊ scierūt oēm linguā ⁊ adeo fuerunt sapiētes: vt totū mūdū illūinarent nec poterāt resistere eis oēs aduersarij Luc. xxi. Ego dabo vobis os ⁊ sap. cui non po. ⁊c.
Scdo nō ꝑ prauā ꝯsciam: qꝛ fuerūt sanctissimi adeo ꝙ ad orōnes coꝝ: imo ad solam vmbrā sanabant infirmi: pctōres aūt deus nō exaudit Joh. ix. Et certe ꝗd stultius fuisset ꝙ̄ tale mendaciū prestari cum ꝑditione reꝝ corpis ⁊ aīe ac mūdi. Ad qꝛ ꝗdez oīm ꝑicula se deo apl̄i in ꝓtestatione fidei obtulerūt. Tertio qꝛ nō sūt decepti ꝑ auariciā: qꝛ xp̄s nil eis tp̄ale dedit: imo aliquid tp̄ale hr̄e ꝓhibuit ⁊ oīa ꝯtēnendo reliquerūt Math. ix. Quarto nō ꝓpter viciatū amorē: qꝛ potius debuissēt amare diuites ⁊ gloriosos seculi huius ꝗ eis multa hui⁹ secl̄i donaria ⁊ ꝓspera ꝓmittebāt ⁊ insup cōminabant penis vt a fide recederent ⁊ eius p̄dicatione cessarent. ⁊ certe stultissimū fuisset tanto amore flagrari vt ꝓ falsa testificatiōe alicuius mori se exposuissent: qđ tn̄ fecerūt ꝓ xp̄o. Deniq̄ ꝗnto nō ꝑ odiū ꝗn potius ꝓ inimicis ⁊ ꝑsecutoribus ac mortē inferētibꝰ orabant. Sz ⁊ sexto nō ꝑ timorē: qꝛ nō timebāt etiā mori imo omnē penam respuebant ⁊ ꝑ gaudio ducebant verbera ⁊ cruciatus. Actuū. v. Ibant apl̄i gaudentes a ꝯspectu ꝯci. qm̄ digni habiti sūt ꝓ noīe iesu ꝯtu. pati. Vn̄ coꝝ testimoniū de virginitate marie ⁊ dn̄i iesu diuinitate ac alijs articulis fidei ē summe credibile. Caplm̄. VII.

Septima stella est rōnū theologorū ꝯfirmabilitas: licet quippe fides hec sit de nō apparētibꝰ tn̄ tāta firmitate pollet ꝙ oīs pietas: oīs veritas ⁊ naturalis ratio sic credēdū dictat vt dicit venerabilis Beda super Lucam. Quales aūt rōnes id dicrent: vt dei filius ex virgine carnem assumat ⁊ nascat superius in hoc libro. arti. ꝑmo tactū est de cōgruitatis eius rationibꝰ ⁊c. Preter illas aūt rōnes huic fidei ꝯcordant plures alie rōnes theologice. s. ratio diuine puritatis deus eīm cum sit nature purissime purissimā matrem tanq̄ habitaculū mundissimū decebat habere: cū scriptum sit Sap. ꝑmo. Nō habitabit in corpe subdito peccatis ⁊ iteꝝ. In aīas sanctas se trāsfert ⁊c.
Item ratio diuine honorificentie: qꝛ hoc spectat ad dei honorem ⁊ magnificentiaz vt mater eius sit virgo imaculata absq̄ omni peccato et corruptione. Gloria eīm filij est ex honore parentū Eccl̄i. iij. Unde grauissime derogant diuino honori heretici qui dicūt beatā mariam post partum christi a ioseph fuisse cognitaz carnaliter ⁊ filios ex ea plures ꝓgenitos post christū.
Hoc dixit heluidius hereticus impius Qui ꝗdez argumentū sui erroris accepit illud Math. i. Non cognouit eaz ioseph donec peperit filium suū ꝑmogenitū. Itē ex illo Joh. ij. vbi legit xp̄m habuisse frēs
Sed iste error falsissimus est ⁊ irrōnabilissimus: tū quia ioseph ⁊ maria virginitatem vouerant ambo: vt dicūt Hiero. ⁊ Aug. tum quia beata virgo fuisset ingratissima si tanto ac tali filio nō fuisset ꝯtenta. i. christo. Et Joseph qui dicit sanctus: fuisset sceleratissimus ⁊ ꝓsumptuosissim⁹ si templū spūssancti ⁊ spāle habitaculum dei violare ac polluere ꝓsumpsisset. Vn̄ ad illas auctoritates rn̄dendo fm̄ Nico. de lyra dicitur ꝙ hec dictio donec aliqn̄ significat tp̄us determinatū quo transacto fit aliquid sicut cū dicit: iste nō comedit donec esset hora sexta. i. completa sexta comedit: ⁊ sic nō accipit hic in auctoritate p̄dicta. Alio mō accipit ꝓ semꝑ sicut in ps. hr̄ de christo Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuoꝝ. Non est sic intelligendum ꝙ quando inimici eius erunt positi sub pedibus ei⁹ tempore iudicij ꝙ tunc dimittat sedere ad dexteram patris imo eternaliter sedebit.
Et vsus loquendi habet sepius accipi ly donec pro semper: vt dicendo iste non penituit donec mortuus est. id est nūq̄ penituit etiam post mortem: quia tunc non est locus penitentie vel status: hoc modo accipitur hic in auctoritate ly donec cum dicitur: Non cognouit eam donec peperit
Item ꝙ dicitur ꝑmogenitum non ꝓpterea dicit: quia alij fuerint geniti post christum: sed quia nullum peperit ante eum: ⁊ hoc modo accipiebatur in lege vbi p̄cl

piebatur q̄ pmogenitus deo offerret. Nā si aliqua mulier pariebat vnicū tanq̄ primogenitū offerebat illū. Item ad illud Joh. ij. dicitur q̄ fratres christi nominantur cognati eius germani qui erant de eadem cognatione sicut Abraam et Loth dicuntur fratres. Genes. xiij. et tamen Loth erat nepos eius. Capl'm. VIII.

o Ctaua stella dicitur fidei christiane stabilitas. Non enī posset vel potuisset hec fides in aduersitatibus multis stare vsq̄ ad finem seculi nisi esset ex deo. Juxta illud Actuū. v. Si est ex hominibus cōsilium hoc aut opus dissoluetur. Si vero ex deo est non potest dis.

Hanc fidei stabilitatem pdixerat saluator Luc. xxij. di. Simō ecce expetiuit te sathanas vt cribraret sicut triticū. ego autē rogaui p te vt nō deficiat fides tua. Verū alie omnes secte cum non sint a deo nō sunt stabiles: patet Primo de secta machometi de qua dicit scotus in plogo sup sententias. q. ij q̄ incepit plusq̄. dc. ānis post legem christi et in breui dn̄o volente finiet Nam et apud eos prophetia esse dicitur q̄ secta illa finienda est. Secūdo patet de sectis hereticorum que licet plus multe et varie fuerunt iam exterminate sunt. Nec est dubium q̄ etiam iste que nūc sunt finient Et eccl'ia saltē post tēpus antichristi pacificabitur. Tertio claret secta iudaica. Nimirum iudei q̄diu fidē veram tenuerūt exaltauit eos deus supra omne genus humanū nobilitauit et dotauit donis miraculorum et pphetiarum: que quidem dona a principio mundi non habuit nisi gens deo accepta et hoc vniuersalit: quia particulariter etiā infideles: vt Balaam Kayphas et Sibille habuerunt. Unde de illa gente dictuz est Deutero. iiij. Non est alia natio tam grandis que habeat deos appropinquantes sibi sicut deus nr̄ adest nobis

Uerū postq̄ christum iudaica gens negauit de virgine verum deum natum occiditq̄ et reprobauit. nulla gens facta est adeo abiectissima depssa depopulata. cladibus gladijs fame captiuitate nece seruitute que omnia super eos venisse testatur Josephus in. xxv. libro antiquitatum Sed et ipsa gens puata est donis miraculorum et pphetiarum nec habet vniuersaliter hec dona sicut antea. Porro gens fidei catholice a principio ecclesie habuit et habet vniuersaliter hec dona: patet de paulo rapto in tertiū celuz. et Johem Apoc. Et de omnibus discipulis in die penthecostes super quos cecidit spiritussanctus: et pphetabant: multis quoq̄ alijs sanctis. Un̄ claret fidei catholice veritas: qm̄ si bono et recto zelo iudei christi fidem reprobassent: tunc f'm legem et pphetiarum pmissa debuissent ipsi potius foueri a deo tā in spiritualibus q̄ in tempalibus magis q̄ ante christi aduentū p eo q̄ nūq̄ antea fuerūt sic ab idolatria imunes sicuti tempore christi et postea. Ecce ergo fides catholica vera. Capl'm. IX.

n Ona stella gentilium scripturarum pluralitas: vt enim testimonium accipiamus etiam ab his qui foris sunt f'm Apl'm. Utiq̄ omnium scripturarum etiam gentiliū genera huic fidei cōcordant.

Primo scriptura iudeorum.
Scdo scriptura machometistarum.
Tertio scriptura poetarum.
Quarto scriptura sibillarum.

Primo scriptura iudeorum: vt claret per totum vetus testamentū eorum. Insuper vt dicit dominus Bonauentura super. iij. libro. distinc. iij. q. ij. arti. iij. Quidaz inquit iudei asserunt hoc mirum fuisse in maria q̄ cum esset pulcherrima a nullo vnq̄ viro fuit concupita: et per consequens ipsa nunq̄ virginitatem amisit in qua dei filius habitauit. Hec Bonauen. Deniq̄ Josephus inter ceteros hebreos maxim⁹ doctor sectarum eorūdem pulchrum testioniuz fert de xp̄o. xviij. li. antiq̄tatum dicens sic. Fuit ijsdem tempibus iesus sapiens vir: si tamen eum viruz noiare fas est. Erat enī oim operum mirabilium effector etc. vbi int' alia scripta de iesu subdit. christus inquit hic erat. Et ibidem veram eius doctrinam et resurrectionem ex mortuis confitetur. Item secundo scriptura machometistarum testat' Marie virginitatem et puritatem: sicut refert Nico. de lyra super Lucam. Et supra descriptum est libro secūdo parte. iij. arti. vlti. Stella eius q̄rta,

Tertio scriptura poetarum. plurimi nempe poete in suis scriptis testantur fidem hanc de virginitate Marie: patet de poetis quos supra in hoc volumine retigimus libro. iiij. parte prima. arti. iij. Testimonio viij. Denique virgilius in buccolicis egloga. iiij. recolens de sibilla Cumea: que et Cumana dicta est a cumis ciuitate que est in campania cuius sepulchrum adhuc est in Sicilia scribit sic. v. Ultima cumee iam instat carminis etas. v. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. v. Jam redit et virgo redeunt saturnia regna. v. Jam noua progenies celo demittitur alto v. Tu modo nascenti puero quo ferrea primum. v. Desinet ac toto surget gens aurea mundo etc.

Quarto igitur scriptura sibillarum: vt enim scribit Aug. de ciui. dei libro. xviij. ca. xxiij. Quedam sibilla herithrea prophetauit et pronunciauit versibus pluribus de iesu christo: quos etiam. v. dicit. Augus. translatos fuisse de greco in latinum: quorum versuum prime littere coniuncte in greco hec verba comprehendunt Jesus christus filius dei saluator. et prophetauit eadem sibilla totum fere misterium incarnationis et passionis christi vt per augu. vbi supra patet. Item sibilla libica cuius meminit Euripides ait: Ecce venient dies et infra. soluetur nexus sinagoge et videbunt regem viuentem et tenebit illum in vtero virgo domina gentium. Item sibilla Chimeria in italia nata: de qua Ennius ait. In prima facie virginis puella quedam nutriet puerum virgineum dans lac ad comedendum. Item sibilla samia a samo insula ait: Ecce venient dies et nascetur de paupercula deus et homo. et bestie terre adorabunt eum. i. bos et asinus etc. Item sibilla Tiburtina ait: Nascetur christus in bethleem annunciabitur in nazareth regnatu pacifico: fundatore quetis. O felix illa mater cuius vbera eum lactabunt. Item sibilla delphica que fuit tempore regis priami et belli troiani sic ait: In vltima etate humiliabitur deus: et humiliabitur proles diuina iungetur humanitati deitas: iacebit in feno agnus: in puellari officio educabitur deus et homo etc. Plures alias sibillas et earum dicta habes supra libro. v. parte prima articulo. iij. ca. x. Et infra libro. xi. parte prima ca. fi.

Capitulum. X.

Decima stella dicitur rerum phisicarum exemplaritas. Etenim Aug. in de mirabilibus sacre scripture libro. iij. ca. ij. dicit: Quamuis contra cunctorum hominum conceptionis consuetudinem absque viri semine et carnalis oblectamento voluptatis virgo concepit et sine damno virginitatis peperit hec res tamen sine exemplo nature noua in dei creaturis non dimittitur. Nam multa animantia absque parentum coitu progigni comprobamus. Qualiter apes sine patribus fetu matrum corporibus tantummodo crescunt Sed et multe aues absque maribus gignere possunt. Et talem conceptum in multorum piscium generibus esse philosophi aiunt. In solaque carne sine patre vermis nascitur cum se dominus hac de causa similem esse per prophetam dicere non dedignatur: cum ait: Ego autem sum vermis et non homo obpro. ho. et abiectio plebis. Quum igitur in multis rebus consueto modo dominus operatur. Quid nature contrarium dicendum est. Si quando ipse deus voluit quod etiam in virginali vtero sanctispiritus dispensatione filius sine virili coitu nascere tur. Hec Aug. Ad premissa diffusius accedentes quoniam mens humana per sensibilium collationem solet manuduci plurima phisicalia exempla producamus sub breuiloquio scripta secundum magistrum Franciscum de retza. in sua editione de conceptione virginali. Primum exemplum in elementis. Terra quippe sine omni corruptione producit mirabiles effectus flores vicz et gemmas de plantis et quod est mirabile Alber. libro de vegetabilibus et plantis libro. v. tractatu primo dicit quod in hybernia vitis de ylice ortum habet. Item aqua quedam est in thuscia, quam virgo portare valet cribro: vt dicit Aug. de ciui. dei. Item in aere contra deus facit mirabilia quando fulmen cadens agit vt gladium in vagina: ferrum et es in bursa consumat: vagina et bursa illesa manente. et in nube generantur rane. vitulumque virtute celi generatum in nube testatur Albertus magnus: iij. methe. tractatu. iij. Item igni dedit deus vt salamandram nutriat. Cum igitur talia facere potest natura: cur deus non posset vt virgo generaret. Secundum exemplum in lapidibus. Nam albeston lapis semel

accensus archadie semp ardere claret: vt dicit aug. xxi. de ciui. dei. c. vi. Itē reperiunt lapides in quibus hūana facies cū corona in capite picta est virtute celi: vt dicit Alb. pmo mineraliū tractatu. v. cap. i.

Itē magnes ad se trahere potest ferrū. 7 carbūculus in nocte lucere potest. Itē calibis massa in certis partibus in nube nascitur 7 cadit: 7 a rusticis collecta in arma acutissima parat: vt dicit Alb. iij. metheo. tractatu. iij. Lapis quoq3 sōti gocie mox imersus supenatat: vt vult idē Alb. pmo mieraliū tractatu. i. c. ij. Cur ḡ opere spūssancti virgo gn̄are nō valeret. Tertium exemplū in brutis aīalib9. Nam rinoceron ỽgini se incliuare valet a qua capit: vt dicit Isidorus lib. ethimo. Item equs capadocie ad ventū currens feta efficitur: vt dicit aug. xxi. de ciui. dei cap. iiij. Ursa quoq3 fetus rudes ore i narib9 formare valet: vt dicit Isidorus. xi. ethimo. Et leo rugitu ples mortuos gignens suscitare valet: vt dicit idem Isido. xij. libro Cur ergo diuino flamie virgo nō gn̄aret.

Quartū exemplū in volatilibus. Uultur nēpe corpore claret 7 ad hoc mare caret: vt dicit Ambro. in exameron libro. ij. ca. xli. Item calaadrius auis facie egrū sanare potest: vt dicit Alb. xxiij. de animalib9. Sed 7 carbas auis de arbore yberna nasci claret vt habet ab Alberto. xxiij. de animalibus. Itez psitacus auis a natura habet q semp aue dicit vt docet experientia. Itez strutionis oua sol excubare valet ad eius visum: vt dicit Isidorus. xij. ethimo. ca. lviij. Itē fenix se in igne renouare valet: vt ait idē Isido. xij. ethimo. ca. xv. Et pellicanuz sanguine fetus aiare claret: vt testatur idē. Cur ergo virgo diuina operatione nō gn̄aret. Quintū exemplū in piscibus. Etenim quedaz alleca sunt que cōparem nō habēt marem: vt di. Aristo. in pbleumatib9. Et anguilla sine coitu maris generat: vt testat idē. Plurima quoq3 alia aīalia pter pmissa sūt talia que sine mare generant que si vellemus p singula describere ante deficeremus tēpore q̄3 possemus enarrare. Concludit ergo q si tot 7 talia possunt fieri p naturā multo maiora potuit deus facere in virginali ɔceptu supra naturam. Proinde Job. xij. scribit. Nimirū interroga iumēta 7 docebunt te 7 volatilia celi 7 indicabunt tibi. Loquere terre 7 respondebit tibi 7 narrabūt ea pisces maris. q̄s ignorat q omnia hec manus dn̄i fecerit 7c. Capl'm. XI.

Vndecima stella mūdialiū hoim credulitas. Nam vt cū aug. xxij. de ciui. dei. c. lviij. loquar: Nil mirabilius q̄3 q ad legem contrariā carni 7 sanguini doctores pauci 7 pauperes 7 rudes: plurimos potuerūt cōuertere sapientes vt crederent hanc fidem: prudentissimi etiam rebelles fidei 7 postea conuersi. sicut patet de Paulo persecutore postea facto doctore catholico 7 p̄dicatore. Itē de dyonisio prius pilosopho. postea facto pauli discipulo. Et de Augustino prius errore manicheo℞ seducto atq3 cipriano prius mago 7 alijs innumeris. Reuera si quis diligenter penset hec tria. Primo qui p̄dicauerūt mundo: qr ignobiles pauperes apl'i impiti 7 pauci. Scd'o quid p̄dicarūt: quia legem ɔtrariam carni 7 sanguini: penitentiā duram: carnis mortificatiōem: 7 vitio℞ refrenationem. Tertio quibus p̄dicauerūt: quia potentibus mūdi peccato totaliter deditis 7 deseruientibus ac sapientibus: Aduertet q nō nisi a deo hoc fieri potuit vt tantā multitudinē mūdi subiugarent fidei catholice. Unde ptz: qr fides ỽginitatis marie 7 eius filij ē verissima. Capitulum. XII.

Duodecima stella dicit miraculorū limpiditas qd̄ deducit Scotus: vbi s̄. taliter arguendo: Non potest de9 esse falsus testis: quia Prouer. xxi. scriptū est. Testis mendax pibit. Sz deus inuocatus a p̄dicatoribus huius fidei fecit opus sibi pprium: vtpote miracula: ac p hoc testificatū est fidem esse veraz Unde Marci vlti. Illi autē scilicet discipuli christi pfecti vbiq3 p̄dicauerunt dn̄o cooperante 7 sermonē ɔfirmante sequētib9 signis. Sequit ergo q hec fides non pōt esse falsa. Propterea Aug. ix de trini. cap. ij. dicit: Dn̄e si est error a te decepti sumus Nam tantis signis ɔfirmata sunt q non nisi p te fieri potuissent. Hec ille. Hinc et saluator ait. Joh. v. Opa. s. miraculo℞ q̄

facio ipsa testimonium perhibent de me. Et eiusdem. x. Si mihi nō vultis credere operibus credite. Si dicas antixp̄s etiā faciet miracula. Rūdetur ſm Scotū vbi supra. q̄ sicut dicit aug. de vtilitate credē-di. Magna differencia est inter miracula xp̄i ꝛ antixp̄i tanq̄ inter miracula facta a deo ꝛ facta a diabolo Miracula quippe xp̄i sunt talia q̄ nllo mō a diabolo fieri potuerūt: vt pz de mortuoꝝ resurrectiōe. de raptu pauli in tertiū celū: ad videndū diuinā essentiā. Nulla eīn creatura pōt aīaz beatificare ꝛ ad videndū diuinam essentiaz eleuare: nec simpliciter nec ad tp̄s sed solus deus. Itē de cognitione cordiū ꝛ in multis alijs miraculis euāgelij. miracula vero antixp̄i erūt deceptoria ꝛ falsa: cuius falsitas patebit si ei obijciant̄ hec. Si tu inquit es deus fac me videre diuinā essentiam: ꝛ post visionē certā mēoriā hr̄e visionis ꝛ certitudinē: ꝛ tunc credam. Itē si tu es deus dic mihi qd faciam vel cogitabo vl' appetā p̄ tali hora. qd nullum antixp̄s poterit: nec vere mortuos suscitabit: sicut xp̄us lazaꝝ vere suscitauit: sed p̄stigijs suscitabit q̄ diu nō possunt durare ꝛc̄. Preter miracula ꝟo euangelij multa alia sunt miracula facta tā antiq̄tus q̄ etiā nostris tp̄ib' attestantia virginitatē marie. ex qb' aliqua hic inserunt̄. Legit̄ quippe in glo. biblie ꝛ postillis vel expositionib'. Sicut etiam lyra dicit q̄ hebraice veritatis expositores tractando illud verbū Esa. vij. Ecce ꝟgo ꝯcipiet ꝛ pariet filiū ꝛc̄. Dicunt q̄ virgo iuuencula semꝑ manēs virgo dicit̄ halma. ꝑ h. sed alma sine h. dr̄ ꝟgo iuuencula nubilis. Unde apud hebreos halma ꝛ alma differūt. Idcirco egysippus in lib. de supplemento euāgelice veritatis super illo ꝟbo Rn̄sum accepit symeon a spū scō Refert q̄ iste symeon erat rabi ꝛ sacerdos apud iudeos. Et dum semel in scholis exponeret dictā ꝓphetiā Esa. inuenit ibi sic scriptum. Ecce halma. i. virgo ꝯcipiet ꝛc̄. ꝛ deleuit h. vt esset sensus. Ecce alma. i. iuuencula nubilis cōcipiet ꝛc̄. Sicut ꝛ moderni iudei exponūt. Sz ſm Criso. super Matth. omelia. ix. Ista expositio ꝯdemnat̄ tanq̄ falsa ꝑ illud quod ꝓpheta p̄misit di. Dabit dn̄s vobis signum. Ecce virgo ꝯcipiet. Nam iuuenculā ꝯcipere vl' parere nō est signuz sed virginē. Un̄ sic etiā simeon sicut iudei false intelligēs deleuit tribus vicibus ꝛ semꝑ miracl'ose idē scriptum reperiens orationi se dedit. ꝛ sic responsum a spū sancto accepit de partu virginali ꝛ nō visurum se mortē nisi videret xp̄m dn̄i de virgine natum ꝛc̄. Legitur etiam in hystoria scolastica q̄ hieremias ꝓpheta in egyptum descendens post mortem Godolie Regibus egypti signuz dedit q̄ eoꝝ idola corruerent cū virgo filiuz pareret. Quapropter sacerdotes idolorū imaginem virginis puerum in manibus baiulantis in secreto loco tēpli statuerunt ꝛ eam ibi adorabant. Sed a ptolomeo rege postea interrogati quid hoc sibi vellet dixerūt paterne traditionis hoc esse quod a sancto ꝓpheta eoꝝ maiores acceperant: ꝛ sic in rebus venturꝭ credebant. ꝛ hoc impletum est in die natiuitatis quādo idola corruerunt: vt testatur legenda cōmunis.

Item rome: vt testatur innocentius papa tertius. pax fuit. xij. annis. Romani igitur templū pacis construxerūt ꝛ ibi statuam Romuli posuerūt Consulendo autē apollinē q̄ diu duraret acceperūt responsum q̄ quousq̄ virgo pareret: quod quia impossibile putabant dixerūt. ergo ineternū durabit. Unde in foribus templi suꝑscripserūt titulū hunc Templū pacis eternum. Sz in ipsa nocte natiuitatis dn̄i qn̄ virgo peperit ipsum templū funditus corruit: ꝛ ibi est modo ecclesia sancte Marie noue. Item in vita socioꝝ beati Francisci legitur q̄ sanctus frater egydius erat cuius sanctitatem audiens Quidam doctor ordinis fratrum p̄dicatoꝝ accessit ad eum vt in fide solidaretur: quia titubabat si virgo potuerit concipere ꝛ parere. Sāctus itaq̄ frater egidius cū oraret cognouit ex reuelatione spiritussancti q̄ quidam doctor ꝑ tali causa ad eum veniret. Unde obuiam mox eidem accessit: ꝛ nil aliud loquens statim virga percussit terram corā eo dicens: Uirgo ante partum: ꝛ mox pulcherrimū lilium ibidem excreuit. Alio q̄z loco percutiens ait: Uirgo in partu: ꝛ ibidem similiter lilium excreuit. Tertio etiam loco percutiens ait Uirgo post partū

z ibi tertiū lilium miraculose ꝓduxit. Unde doctor ille deo gratias retulit z in fide solidus permansit. O igitur virgo virginū maria ora ꝓ nobis tuū quē virgo peperisti natū zc.

Alius modus procedendi in materia pscripta breuior.

Item si aliter z breuius vis procedere potes ex pmissis sub epilogo loquēdo eliceře.xij.genera rerū que attestant virginitatem marie: Iuxta nūerū.xij.stellarū quibꝫ gloriosa existit. Primū est testimonium diuinarū personarū. Nam eius virginitatem testat deus pater in figuris antiquis deus quoqꝫ filius in euāgelicis doctrinis z miraculis. deus spūssanctus in ꝓphetijs quia spūsancto inspirāte locuti sunt: vt ait petrus in canonica. Secūduz testimonium angelorū. Tertiū est testimoniū oim sanctorū veteris z noui testamēti. Quartū est testioniū oim scripturarū etiaz gentilium. Quintū testimoniū bestiarū. Sextū testimoniū auiū. Septimū piscium. Octauū vermiū. Nonū testimoniū lapidū. Decimū plantarū z florū. Undecimū oim elemētorū. Duodecimū testio nium miraculorū. de quibꝫ diffuse in hoc tertio articulo actum est.

Pars secunda libri octaui de virginalis sponsi beate marie. i. ipsius beati Joseph sctitate atqꝫ dignitate q̄ fuit custos marie

Oseph fili dauid

noli timere accipere mariā cōiugem tuam Math.i.c. Omnia vt ait dn̄s Bonauē.sup.iij.sen ten.di.xlv. Nobilissima res est nobis mimortalibꝫ in h mūdo habere singularem deuotionē nō solū deo eterno sed etiā gloriosis sanctꝫ. Et hoc pmo ꝓpter nostram inopiā: quia nil ex nobis meremur coram deo:imo pleni peccatis demeremur supplicia;ꝓpter qd ad sanctos opus ē nobis refugere: quatenus eorū meritis deus placetur: z quod petimus efficaciter ꝯsequamur hinc Job.v. Ad aliquē sanctorū cōuertere. Secūdo ꝓpter dei reuerentiā: qꝛ in eis deus q̄ habitat veneraf. Qui enī sanctis honorem tribuit: illum specialiter honorat: qui eos inhabitando ꝑ gratiam sanctificauit. Idcirco Damascenus libro iiij.ca.vij.dicit: Qm̄ ꝑ intellectum in corporibus sanctoruz habitat deus: teste aplo Nescitis inquit qm̄ corpa vestra templuz sunt inhabitantis in vobis spūssancti. deꝰ autem spiritus est. Quare ergo nō essent honoranda animata templa dei: z animata dei tabernacula. Hec ille. Tertio ꝓpter eorū virtuositatē z gloriam ꝓpter quā dignissimi sunt honore. Nam teste aristo. iiij.libro ethicorū. Honor est pmiū ꝟtutis z virtuti perfecte nō fit condignus honor zc. Debent ergo sancti honorari tanq̄ ꝟtuosissimi z gliosissimi nostri patroni spirituales; quia vt habetur.ij.q.vij.c.qualis Qui patronum siue patrem spiritualem nō honorat: plus videtur peccare q̄ q̄ carnalem patrē cōtemnit. Hec ibi. Sed qꝛ Joseph est vnus de gloriosioribus sanctꝫ paradisi: cui dn̄s tantam gratiam contulit: vt suam dilectissimā matrem ei in custodiam z sponsaz daret. Ideo merito ad ipsum deuotione mouemur. Unde quia ipse Joseph sanctus meruit sociari beatissime virgini marie: z fore eius virginitatis fidelissimus custos: spōsusqꝫ z fidedignissimus testis. Idcirco in hac parte secūda incidentaliter agere decreui in hoc libro de eius sanctitate: que multum confert ad testimoniū virginitatis z puritatꝫ beate virginis mr̄is dei zc. Unde de ipso tria misteria notabimus que elici possūt ex pmisso themate zc.

Primū dicif misteriū sponsalitatis.
Secūdum dicif misteriū sanctitatis.
Tertiū dr̄ misteriū dignitatis.

Articulus primus quare voluit deus suam matrem desponsatam fore viro nomine Joseph fabro lignario.

Irca primū misteriuz vicz sponsalitatis vel dicam societatis inuestigandū nobis ē:

Cur deus omīpotens cuius sapientie nō est nūerus: sic disponere voluit vt sua mater virgo scz maria desponsari deberet vi/

ro noie Joseph fabro anteq̄ impregnaret ⁊ conciperet filium dei. Et arguere potes q̄ nō debuit desponsari alicui viro: q̄ ipsa ante desponsationem vouerat virginitatem: vt pz ex auctoritate beati augu. libro de sancta ṽginitate dicentis: Annūciante angelo maria rn̄dit: Quō fiet istud; qm̄ virū nō cognosco .i. non cognoscere ꝓpono qđ ꝑfecto nō diceret nisi se virginez ante vouisset. Sz vt dicit idem aug. Virginitatē vouentib⁹ non solum nubere sed etiaz velle nubere dānabile est. ergo videt q̄ beata virgo nō debuit despōsari ne trāſgrederet votum. Item nō videt rō quare potius viro Joseph debuit desponsari. Et rō est: quia figuratū ⁊ figura cōuenire debent. Sed ex omnib⁹ sanctis mulierib⁹ que figurauerūt in veteri testamēto bn̄dictam virginē nulla eaꝝ ꝯiuncta ē Joseph patriarche: q̄ figura fuit spōsi matris dei. Nam asenech filia putifari sacerdotis heliopoleos que fuit vxor Joseph p̄riarche Gen̄.xli. Non ita expresse figurauit matrē dei: sed potius alie sancte mulieres: vt pz de sara que genuit filiuz p̄ter naturam: in monte imolandū. Vnde tenuit figuram dn̄e nostre que genuit filiū ꝯtra naturam in cruce imolandū. ⁊ tn̄ sara cōiuncta fuit viro Abraam noie. Jtez hester figurat beatā virginē que tn̄ nupta est assuero regi. Eodē mō pz de rebecca que fuit ꝯiuncta Jsaac. ⁊ sic de alijs. ergo nec mater di debuit ꝯiungi matrimonio ipsi ioseph: sz potius viro noie Abraam aut assuero aut Jsaac: aut aliquo noim eoꝝ quoꝝ vxores vel sponse dn̄am figurarūt. Itē si despōsari debuit. potius hoc fieri debuisz vt desponsata fuisset alicui viro regi magno vt significaret: q̄ regis eterni ⁊ excellentissimi .i. dei erat spōsa Aut despōsata fuisset potius pastori ꝓpter humilitatē q̄ fabro: tū q̄ pastores gregū inferioris status sūt sm̄ seclm̄ fabris: tū q̄ nascente dn̄o nō fabris sed pastorib⁹: angelis reuelare ꝯgruit eius natiuitatis misteriū. Luc.i. ergo ⁊ h̄ misteriū desponsationis debuit fieri potius pastori. Amplius videtur q̄ debuit dei mater desponsari piscatori: q̄ sub cruce cōmendata est piscatori Johi discipulo cur ergo in desponsatiōe nō debuit despōsari piscatori. Ratio nō videt ꝯgruitatio:

In ꝯtrariū est diuina sapia que in sui dispōe nō fallit nec falli potest. Et tamen vt euāgelic⁹ sonat textus dei mater despōsata est ꝯgruentissime viro cui nomen Joseph q̄ erat faber lignoꝝ ⁊c̄. Rn̄det igit ad premissa ꝑ tres veritates seu ꝯclones.

Prima est: sūme decebat vt virgo beata viro desponsaret: anteq̄ dei filio impgnaret. hec ꝯclusio claret ꝑ multas rōes tam ex pte. plis q̄ ex pte matris q̄ etiam ex parte humani generis: que rōnes q̄ descripte sunt in hoc volumine libro .i. pte. vi. arti. iij. ca. i. ibi recurrendum relinquo. Secūda veritas seu ꝯclo est. Congruū erat vt vir sponsus matris dei Joseph noiaret q̄ quodcūq̄ nomen viri aliud sortiretur. hec ꝯclo ostendit ꝑ rōnes: ⁊ auctoritatez beati Bern̄. sup missus est. que descripte sunt libro p̄mo huius voluminis pte. ij. arti. iij. c. xi. Tertia veritas seu ꝯclo est sume cōgruebat: vt mater filij dei lignario fabro desponsaretur q̄ alterius artifici viro in sponsam sociaretur. Hec patet: quia hoc p̄ omnibus magis congruebat significationi eius spiritualis desponsationis. Nam per hoc q̄ fabro desponsabatur designari dabat q̄ deo qui fabricauit ⁊ creauit totū mūdum spūaliter sponsabat. Juxta illud Osee. ij. ca. a dn̄o dictum. Sponsabo te mihi in fide: ⁊ sponsabo te mihi in sempiternū ⁊c̄. Itē hoc magis ꝯgruebat significationi diuine incarnationis: q̄ ex hoc significabat q̄ in ipsa virgine desponsata fabro hūana natura sponsaret ⁊ copularet ꝑ vnionē dei filio q̄ fabricauit mūdū vnacū patre ⁊ spūsancto. Propterea ipsa beata ṽgo pulchra describit vt luna Cañ. vi. ca. q̄ vt nobis videt luna vsq̄ ad .xiiij. diem ꝯtinue crescit quousq̄ ipsa appareat imago hois quasi fabri: ⁊ vltra crescere nō potest sed postea decrescit: Ita beata virgo maria a sua natiuitate creuit vsq̄ ad .xiiij. annū quo anno in eius vtero integra imago hois .i. ipse christus imago dei p̄ris q̄ fuit fabricator .i. creator mūdi apparuit: qm̄ .xiiij. anno sue etatis credit virgo christū ꝯcepisse sm̄ hystoriā. Mox quoq̄ ipsa vicz dei mater effecta in sua reputatione cepit decrescere ꝑ humilitatem: non

tanq̃ matrē dei vel dñam mūdi: sed tāq̃
ancillā dei se reputādo. Vñ ait Lu.i. Ec
ce ancilla dñi fiat mihi ꝛc. ꝛ sic in eo ꝙ de
sponsata ē fabro significabat ꝙ eēt sponsa
dei creatoris mūdi. Vñ et voluit filiꝰ dei
christus fieri faber lignariꝰ cū ioseph pre
putatiuo exercēdo artē illā vsq̃ ad etatis
sue annū. xxx. sicut sonat scrīptura Mar. vi
Et ibidē exponēdo testat lyra. Deniq̃ cla
ruit in ipa despōsatione nō solū misteriū
diuine incarnationis: verum etiam maxi
mū bonū humilitatis vt q̄nto sit maior in
oibꝰ tāto fiat et hūilior: vt sit mr̄ dei ꝛ vx/
or fabri. Itē tertio hec veritas seu ꝯclu/
sio pbat. q2 desponsatio fabro lignario fa/
cta sūme ꝯgruebat significatiōi nr̄e repa
tionis ꝛ saluatiōis p lignū crucis Unde
Cris. sup Mat dicit: Ideo ioseph fabro
lignario maria dei mater desponsata fuit
quoniā sponsus ecclesie xp̄s oim salutem
hoim opaturꝰ erat p lignū crucis. Hec il
le. Et sic patet rñsio ad quesitū. Ad
obiecta in cōtrarium: Rñdet ad primū ꝙ
vt dicit btūs Tho. tertia pte sū. q. xxviij.
ar. iiij. Beata virgo habuit virginitatis vo
tum tribꝰ modis. Primo in desiderio
quia anteq̃ incarnatio filij dei ab angelo
sibi annunciaret virginitatē simplr et ab
solute nō vouerat eo ꝙ non licebat qm in
lege veteri phibitū erat ne sterilis ꝗs fie
ret in israel. Exo. xxiij. Propterea q2 tem/
pore legis oportebat generationi insiste/
re tam viros q̃ mulieres. eo ꝙ etiam ex il
lo ppl'o expectabatur sm carnis origi
nem nasciturus. habuit tamen beata vir/
go tunc temporis virginitatē ꝛ eius votū
in desiderio vouitq̃ virginitatem sub cō/
ditione: scz si deo placeret: voluntatē suā
et desiderium diuino cōmittens arbitrio.
Secundo beata virgo habuit virgini/
tatem in facto. quia postq̃ sibi innotuit h
deo fore acceptū: scz vt virginitatē voue/
ret anteq̃ ab angelo sibi denunciaretur et
anteq̃ a ioseph despōsaretur: absolute vir
ginitatem vouit. Tertio habuit virgi/
nitatē ex cōmuni beneplacito. nā postq̃
fuit desponsata ipsa simul cum sponso suo
ex cōmuni voluntate ꝛ beneplacito ac cō/
sensu virginitatis votū emisit. Ad ar/
gumentū igitur dico cum Alberto super
missus est ca. xl. ꝙ licet beata virgo habu
it firmū ppositum ꝛ votum continētie po/
terat tamen consentire in desponsatione
in maritalem societatem. facta tamen di/
uinitus inspiratiōe vtriq̃ de altero ꝙ vel/
let virgo permanere. ꝛ sic consentire in cō/
iugalem vel maritalē societatem ꝛ non in
copulam carnalē absolute: ꝛ sic nō obstat
verbum Augu. dicentis ꝙ vouentibꝰ vir/
ginitatē non solū nubere: sed etiā velle nu
bere damnabile est. quia hoc intelligit de
nuptu carnalis copule ꝛ quādo sine certi/
ficatione a deo facta vellet quis post votū
virginitatis ꝯiugia contrahere ꝛc. Ad
scdm obiectum Rñdet p scdam cōclusio/
nem. et ad pbationē. dico sm Alb super
missus est ca. l. ꝙ licet Sara Hester Re/
becca ꝛ plures alie sancte mulieres prefi/
gurarint beatā virginē mariā. pp̄terea ta/
men nō congruebat vt illaꝝ sposi vel ma/
riti pfigurarent quo ad denoiationē spon
sum beate marie viginis Cuz eīm ipe spō
sus videlicet ioseph cōtrahere habuit cū
virgine maria sanctū cōiugiū sine carna
li copula: vt virgo conciperet virgo pare/
ret ꝛ post partum virgo permaret. quam
scilicet beatā virginē virgo ioseph coniu/
gem in virginitate custodiuit ꝛ ministra/
uit eidem ac eius filio paterno affectu sin
cero. Nullo mō igitur decens erat vt quo
ad hanc desponsationem sponsus btē vir
ginis marie prefiguraretur per aliquē ta/
lem qui extiterit maritus per carnalē co/
pulam. Unde cum inter Saram ꝛ Abra
am. inter Hester ꝛ Asuerū. et eodē modo
inter Rebeccā ꝛ Isaac ac alios cōsimiles:
copula carnalis interuenerit non decebat
vt eis nominibus sponsus marie nomia/
retur. sed decebat vt istud ꝯiugium acca/
tissima desponsatio marie prefiguraret p
Ioseph qui castitatem ꝛ fidelitatem erga
vxorem domini sui seruauit. vt patuit li. i.
pte. ij. arti. iij. ca. xi. Ad tertiū dicendū
ꝙ hec desponsatio matris dei taliter ꝛ tali
fieri debuit: vt et humilitas cōmendaret:
et nobis in exemplum pponeretur. ꝛ cum
hoc significationi misterij incarnatiōis di
uine ac nostre repationis congrueret. sed

quia si beata virgo desponsata fuisset alicui regi magno: humilitas nõ claresceret Si vero pastori humilitas quidem claresceret. sed misterio non satisfieret significationis predicte. similiter si piscatori despõsata fuisset: nõ ita satisfactũ fuisset significatiõi ꝑtacte ex ꝑmissis rationibus: circa tertiam conclusionem positis igitur ꝛc.

Articulus secũdus quõ puritas beate marie ꝑcellit puritatē oĩm creaturarũ tã angelicaꝝ q̄ humanaꝝ Capl'm. I.

Irca secundũ misterium scꝫ ꝑcellentie inuestiganda sunt tria. Primũ est vtrũ beata virgo s̄m statum vie nitebat tanta puritate ꝙ sub deo intelligi maior nequiret. Secũdo vtrũ hanc puritatem accepit simul vel successiue ꝛ qñ eam assecuta est. Tertio qualiter vel in quo ei⁹ puritas ꝑcellebat oēm puritatē tam hoim q̄ etiam angeloꝝ. Ad p̄mũ quesitũ vicꝫ vtrũ beata virgo in via nitebat ea puritate qua sũ

deo maior nequit itelligi. Arguere potes q nõ: qr aĩa xpi que creatura fuit in statu vie maiori puritate nitebat q̃ gl'iosa v̄go ⁊ tñ sub deo erat puritas aĩe xpi. g̃ maior puritas põt sub deo intelligi q̃ ea quã habuit virgo. Item ipsa beata v̄go in statu glorie nitebat maiori puritate q̃ in statu vie ⁊ tamen sub deo. Item oẽs sancti angeli ⁊ sancti p̃rie in sua puritate gl'ie plus videnẗ appropinquare puritati p̃rie q̃ q̃cũq̃ puritas sit vie. Illa eñ sufficit ad h̄ vt possunt patriã lucẽ p̄ spẽm videre Hec aũt nõ ita: g̃ gl'iosa virgo nõ nitebat: tunc sũma sub deo puritate. In ↄtrarium est Ans. lib. de ↄceptu v̄ginali. c. xviij. dicẽs Nempe decens erat: vt ea puritate q̃ sub deo maior nequit intelligi virgo illa niteret cui deus pater vnicũ filiũ suũ quem de corde suo equalẽ sibi genitũ tanq̃ seipm diligebat ita dare disponebat vt naturaľr esset vnus idẽq̃ cõis dei patris ⁊ virgĩs filius: ⁊ quã ipse fili⁹ substantiaľr sibi matrem eligebat: ⁊ de qua spũssanctus opatus erat: vt conciperetur ⁊ nasceretur ille de quo ipse procedebat. Hec Anselmus.

Rñsio q beata v̄go etiã in statu vie ea puritate nitebat q̃ maior sub deo intelligi neq̃bat. Et pbaẗ s̄m Alb. sup mis. est plib; rationibus e quibus aliquas hic adducemus aliis amore breuitatis pretermissis.

Prima ratio sũme donationis: quia ad dationẽ sũmi doni sequiẗ collatio oĩm donoꝝ inferioꝝ. Iuxta illud apl'i Roꝝ. viij. ca. Qui ꝓprio filio suo nõ pepercit sed pro nobis omnibus tradidit ⁊c̃. Quõ nõ cum ipso nobis omnia donauit. Sed dñs beate virgini summũ donũ donauit cuius capax fuit pura creatura scʒ dei maternitatem: ergo ⁊ sũmam puritatem. Secunda ratio sublimationis: quia ip̃a beata v̄go erat sublimanda ⁊ exaltanda sup oẽs choros angeloꝝ ⁊ sanctoꝝ atq̃ sup omnẽ creaturam post christum: quã sublimationem habuit in assumptione. Sʒ quia vt ait Dionisius libro de ãgelica hierachia Supiores habent ꝓprietates inferioꝝ cũ excellentia. Unde seraphin q̃ excellit charitate excellit omnibus donis omnes inferiores. ergo beata virgo cũ excellit oĩns etiam seraphin charitate. Excellit omẽs etiam puritate ⁊c̃. Tertia ratio impletionis. quia beata virgo super omnẽ creaturã impleta est spũsancto. Luc. i. Spũssctũs supueniet. glo. qđ nũq̃ in aliquẽ venit supexcellenẗ veniet in te. Et itex. Aue gr̃a plena ⁊c̃. Sʒ effect⁹ spũssancti ẽ purificare. Deniq̃ vt ait Bern̄. Gratia est purissimũ balsamũ: mundissimũ vas requirens. ergo vbi maior gratia spũssancti: ibi maior puritas esse debuit. ⁊ p̄ ↄñs ipsa sũme pura fuit. Unde simpliciter verum ẽ q gl'iosa oĩm dña etiam in statu vie super oẽm creaturã ea puritate nitebat qua sub deo nequit maior intelligi. Ad illud ergo in contrariũ de aĩa christi. Dicendum q beata virgo dicitur purissima imediate post puritatem christi. Si dicas q Ansel. nõ dicit post christũ sed post deum. Dico q christus deus est. ergo post christũ ipsa purissima est. Uel aliter dicẽdũ ex quo obiectio est de anima christi: q hec puritas diciẗ p̄ elongationẽ vel recessum ab impuro vbi aptum natum esset inesse impuꝝ. i. peccatũ: q̃tum ex se. In anima autẽ christi: quia non fuit aptũ natũ inesse impurũ ĩmo nullo modo ei potuit inesse ipuritas aliqua etiam ex modo sue cõceptionis: qr supnaturaliter christus de virgine conceptus est spũsancto opante. ergo nõ fit hic locutio respectu christi ⁊ anime eius sʒ respectu aliaꝝ creaturaꝝ in quibus est aptitudo impuritatis ex se. Sicut ⁊ in beata virgine aptitudo fuit q̃dẽ inesse aliquod impurũ: quia ex modo sue cõceptionis habuit aptitudinem contrahendi originale peccatum: sed diuina gratia specialiq̃ p̄uilegio p̄seruata est ne cõtraheret. de hoc libro. iiij. latissime dictum est. Ad secũdũ vicʒ de statu patrie siliťer ⁊ tertium de angelis ⁊ sanctis in patria dicendum s̄m Alb. vbi sup̄. q in beatissima virgine s̄m statum vie fuit gratia deiformior q̃ in angelis ⁊ sanctis in patria: ⁊ hoc quantum ad substantiam dico: non quantum ad actum qui est operatio gloriose visionis fruitionis ⁊ tentionis: sicut libro. ix. parte prima. articulo secundo. de charitate determinabiẗ. Nec obstat de puritate quam ipsa habet in statu glorie. Quia eandem puritatem habuit ipsa in statu vie scd̃m

substantiam licz non ꝭm actum. Nec obstat q̄ sua puritas in via non plene apprehendit ꝑ speciem lucē increatā: q̄ꝛ hoc fecit status ꝛ subiecti ꝯditio ꝛ ꝯtrarij ꝯiunctio. ꝛ minoꝛ motoꝛis attractio: vt dicetur de charitate eius. Et hoc ostendiꝭ per sile Videmus eñ q̄ qñq̄ maioꝛ lux minus illuminat: ꝛ minoꝛ lux magis illūinat ꝑ cōiunctionem cū aere obscuro vel claro. Vñ qñq̄ magis illuminat luna in nocte aere puro q̄ꝫ sol in die aere obscuro: ꝛ tñ improportionabiliter maioꝛ est lux solis q̄ꝫ lune A simili nō videꝭ incōueniēs si maioꝛ lux gratie in subiecto passibili ꝯiuncto corpori passibili ꝛ grosso minus imutat ꝛ mouet actualiter q̄ꝫ minoꝛ lux glorie in subiecto impassibili ꝛ glioso. i. in angelis ꝛ sanctis ꝛc. patꝫ igiꝭ: quia ipsa sūma puritate nitebat qua maioꝛ nequit intelligi.

Capitulum. II.

Ultra pmissa questio est secūda Quādo accepit beata ꝟgo hāc puritatē in sūmo. Et vtrū simul vel successiue. Ex quo eñ Anselmus dicit huius puritatis esse causam q̄ vicz debuit esse mater dei. Sed q̄ꝛ effectus nō ꝑius est in re q̄ꝫ in sua causa. ergo tunc cum facta est mater dei debuit ea puritate nitere qua maioꝛ sub deo nequit itelligi. ꝛ sic pꝰus nō nitebat ea puritate. ꝛ isto mō Anselmi dictū accipiūt hij qui tenent mariaꝫ fuisse ꝯceptam in peccato oꝛiginali ꝛ post mūdatā. Sed q̄ꝛ in hoc sequoꝛ doctores nostros p̄cipue Fran. maronis. Ideo dicitur q̄ licz maria etiaꝫ ante christi ꝯceptionem habuit sub xp̄o puritatē summā quo ad remotionē ꝯtrarij. i. peccati oꝛiginalis q̄ꝛ puritas ipsa intendiꝭ ꝑ recessum a ꝯtrario: vt de h̄ patuit li. iiij. pte. i. ar. iij. §. x. in fine. ꝑ verba Tho. de aquino. Verūtñ puritas marie augmentum sumit ꝛ incrementū successione quo ad approximationem ꝛ cōuenientiā maiorē ad summā lucē q̄ deꝰ ē. i. Joh. i. Et hoc ꝭm Alb. vbi s. q̄tuoꝛ gradibꝰ. Primo eñ purificata fuit maria ꝑ sanctificationē in vtero sue mr̄is Tunc eñ ꝭm nostros doctores fuit p̄seruante gr̄a di speciali purificata nō de peccato qd̄ infuit: sed qd̄ infuisset nisi p̄seruata fuisset. Scd̄o fuit puritas aucta in ea ꝑ virtutū exercitationē qñ cepit ogari ꝭm virtutes. Juxta illud Actuū. xv. de fidelibus scriptū Fide purificās corda eoꝝ. et tunc accepit actualē ꝑfectionē virtutum. Tertio puritas aucta fuit in supuentōe spūssancti. Juxta illud Luc. Spūssanctꝰ supueniet in te ꝛc. ꝛ tunc accepit ꝑfectionē donoꝝ. Quarto purificata est in filij ꝯceptione qñ est cōpleta eiꝰ illūinatio ꝛ ꝑfecta purificatio in ꝯceptione ipsius eterne lucis. Et tūc accepit ꝑfectionē fructuū ꝛ beatitudinū. Unde pma eius purificatio est ꝑ gr̄am coopantem ad gr̄am sacramētalē aliq̄lr ꝯformē. Scd̄a ꝑ opatiōeꝫ ꝟtualem: quia postmodū eum operari cepit infantia transacta opabaꝭ etiā ꝭm virtutes Deniq̄ ꝯstat: q̄ꝛ in ꝑfectionibꝰ gratuitis ad opandū: dona sunt supioꝛa virtutibus. et beatitudines supiores sunt donis. Tertia ergo eius purificatio est per gr̄am donoꝝ atq̄ ꝑfectionē eoꝝ. Et q̄rta beatitudinū. De pma eius puritate Cañ. iiij. Tota pulchra es amica mea: q̄ꝛ ab oñi peccato aliena. Vñ subdiꝭ ꝛ macula nō est in te. De scd̄a Sap. iiij. Quā pulchra est casta gñatio. s. virginalis ꝯceptionis cū charitate que est forma oīm ꝟtutū: qm̄ ꝛ apud deū nota est. s. noticia approbationis ꝑ hūilitatē. Juxta illud Luc pmo. Respexit dñs hūilitatē ancille sue. Et apud hoīes. s. ꝑ imitationem virtuose opationis ꝛc. De tertia puritate subdiꝭ Esa. xi. Requiescet sup eā spūs dñi: spūs sapientie ꝛ intellectus ꝛc. De q̄rta Eze. xliij. Maiestas dñi ingressa est templū ꝑ viā porte que respicit ad orientē. ꝛ sequiꝭ. Et repleta est glīa dñi. Item Esa. iiij. Locum maiestatis mee glificabo. Cap. III.

Tertio hoc in articulo inuestigandū est. In quo vel qualiter puritas beate virginis p̄cellebat puritatem oīm tā angeloꝝ q̄ꝫ hoīm. Ad huius rei euidentiā ꝭm nostrū doctorē petꝝ aureoli in suo cōpendio. ꝛ cōcorditer btm̄ Tho. iiij. scripto sententiaꝝ. q. i. arti. ij. Et tertia pte sūme. q. xxvij. arti. xvi. Nota q̄ beata virgo quadruplicē habuit puritatē s. sanctificationis materno in vtero. Innocentie: castitatis virginee. Et supuentionis. ss. in conceptu. Prima puritate. scꝫ

sanctificationis in matris ventre excelle-
bat p confirmationē puritatem ad quā ha-
buit ante pctm̄ in statu innocentie: qꝛ bea-
ta v̄go ꝯfirmata erat in bono. Adā v̄o nō.
Excellebat etiam in ea puritatem angelo-
rū: q licz sint ꝯfirmati in bono: tamen nec
crescere possunt in p̄mio substantiali: nec
decrescere. Sed beata v̄go pficere potuit
i merito ꝛ nō deficere. Secūda puritate
scz innocentie excessit oēm puritatem ra-
tionalis nature: quia beata virgo vixit si-
ne omni peccato ꝛ inq̄ntum mater dei cle
cta peccare nō potuit: qđ nulli est ꝯcessū
vel donatū alteri. Tertia puritate. s. ca-
stitatis virginee ipsa excessit hoies ꝛ an-
gelos. Hoies quidem quia p̄mū exēplar
fuit huius integritatis: vt nec p̄mā similē
nec habere visa sit sequentē. Angelos eti-
am: quia s̄m Hiero. hoc retinuit p virtu-
tem castitatis quod in angelis est necessi-
tatis nature. Quarto in puritate ex spūs
sancti superuentiōe ꝛ p̄ntia dei oīa creata
excessit ex quo mater dei eē meruit. Quis
ergo mente capere sufficiat q̄ntum ipa pre
oībꝫ nitidissima ꝛ summa puritate post
deū refulgeat. O virgo gloriosissima sup
oēs sanctos ꝛ angelos purissima. O san-
ctarum sanctissima. O oīm creaturarum
dn̄a cum nō sufficiamus enarrare tua ma-
gnalia: hoc tm̄ flagitamus p̄ce humilima
q tenus p tue puritatꝫ merita sanctissima
dele sordiū nostrarꝫ crimina. ꝛ duc ad tui
p̄dulcissimi nati regna felicia ꝛc̄.

Articulus tertius qualibus p̄uilegijs puritas beate marie pre alijs extat gloriosa. ꝛ sunt. xij.

Circa tertiū misterium vicz p̄uilegiate seu p̄rogatiue gratie. Notandū q iuxta numerū. xij. stellarꝫ in corona capitis beate virginis. Apocal'. xij. figurate possumus describere. xij. p̄uilegia seu gratias ꝛ prerogatiua sue puritatis quibus p̄ omnibus creatis extat ipsa gloriosa ꝛ poterūt diuidi in tres quaternarios. Quorꝫ p̄mus se tenet ex parte dei. Secundus ex parte sui Tertius ex parte aliorꝫ: vt patꝫ intuenti.

1. p̄uilegiū qꝛ eiꝰ puritas fuit d̄o g̃tissima
2. quia fuit filio dei familiarissima
3. quia fuit diuino splendore radiosissima.
4. quia fuit dei maternitate dignissima
5. quia fuit totalis ꝛ plenissima.
6. quia fuit tranquillissima.
7. quia fuit constantissima.
8. quia fuit miraculosissima.
9. quia fuit etiam in alijs efficacissima
10. quia fuit p̄ alijs pfectuosissima.
11. quia erat mūdo fructuosissima.
12. quia extitit oībꝫ reuerendissima

Primū itaqꝫ p̄uilegiū tanq̄ p̄ma stella puritatis beate virginis est qꝛ eiꝰ puritas fuit d̄o gratissima ꝛ amantissima. Unde Sap. viij. Hanc adamaui ꝛ exquisiui sponsam mihi eā assumere: ꝛ amator factꝰ sum forme illius ꝛc̄. Tantū quippe amauit deus puritatē beate virginis vt eam tota trinitas pater filius ꝛ spiritussanctus inhabitauerit tanq̄ in p̄dilectissimo tabernaculo: tā miro modo q i nulla alia creatura sic voluerit habitare. Unde ipa virgo beata dicere potest: Qui creauit me requieuit in tabernacl'o meo. Eccl'i. xxiiij. licet ergo deus dilexerit angelicam puritatem ꝛ in eis habitauerit: magis tamen dilexit virginis marie puritatem: in qua sic habitauit vt ex eius carnis mundissime seu sanguinis purissimi porcione sibiipsi inseparabiliter vniret carnem purissimā assumptam ꝛ in omnibus creatis adorandā p̄exaltaret. Idcirco angelus eā salutando dixit: Aue. i. sine ve. in quo notauit eius puritatem: ꝛ q̄ntum propterea deus eam diligat subdit gratia plena dn̄s tecum. q. d. quia es purissima sine omi ve. Ideo deo es graciosissima ꝛ totaliter dilecta adeo q dn̄s tecum: p inhabitationem tui vteri ꝛ carnis assumptionem ꝛc̄. Secūdum p̄uilegium: quia eius puritas extitit filio dei familiarissima. Nunq̄ enim alicui creature concessum est: nec concedetur etiam angelis: vt sic familiaris foret filio dei. i. christo: sicut puritas beate virginis. vt videlicet tam frequenter: tam familiariter christum amplexaretur: oscularetur: manibus contrectaret ꝛ vlnis portaret: lacta

ret: nutriret: z educaret queadmodũ beata virgo zc. Unde dicere poterat illud Cañ. vi. Dilectus meus. i. christus mihi. z ego illi. qui pascitur. scz familiariter et delitiosissime. inter lilia. scz puritatis mee Hinc Sap. viij. Generositatem illius. s. beate virginis glorificat: contuberniũ habens dei. scz pre omnibus creatis. Tertium ꝓuilegium: quia fuit diuino splendore radiosissima. Nimirum ipsa ex summa approximatione ad purissimã lucem diuinam fuit ita radiosa z plena tota: diuino lumine: concupiscendo illum qui est splendor paterne glorie: ꝙ nulla fuerit in ea habilitas ad tenenebras vel impuritatem aliquaz. sed radiaret z refulgeret pre omnibus puris creaturis splendore diuino. Unde Ezech. xliij. Ecce glĩa dei isrł ingrediebatur ꝑ portam orientalem. i. per beatam virginem z terra. i. caro beate virginis splendebat a maiestate eius. i. christi. De hoc eius splendore dictum est latius libro. ij. parte. y. articulo. iij. circa quartum eius gaudium. Quartum ꝓuilegium puritatis eius: quia extitit dei maternitate dignissima. Maria quippe gloria beate virginis est ꝙ nulla alia creatura fuerit tante puritatis: vt foret ydonea esse mater dei: queadmodum ipsa. Idcirco angelus dixit ei: Ne timeas maria inuenisti gratiam apud deum. Que verba Alb. sup missus est. ca. ccl. tractans dicit: Ne timeas maria rei magnitudinem: tui puritatem: sermonis falsitatem: ꝓmissi ꝓtractionem: virginee puritatis diminutionem. Ne timeas inqꝫ: quia inuenisti: nõ rapuisti vt ꝓmus angelus. Non perdidisti vt parens primus. Sed inuenisti: quia quesiuisti vt ỽgo prudentissima z mater mũdissima. Inuenisti inqꝫ gratiaz apud deum excellentissimam: vt in tui puritate idonea fores tui z oĩum creatoris mater dignissima. Quintum ꝓuilegium quia eiꝰ puritas fuit totalis z plenissima. Plenum quippe dicitur cuius nulla pars vacua est. Nulla autez pars marie fuit a puritate vacua: ergo sicut gratia plena ita fuit z puritate plenissima. ꝓpterea Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea z macula nõ est in te. Tota pulchra: quia tota pura tam in ortu ꝙ̃ in filij dei conceptione: z tota sua vita tota pura: quia corpore z anima purissima. Nimirum in suo ortu fuit pura ab originali peccato: z in tota sua vita non fuit in ea macula alicuius peccati

Deniqꝫ in conceptione filij dei z in partu fuit mundissima: quia virgo concepit z virgo peperit summa cum puritate z sine omni sorde: qđ nulli alteri matrũ est concessuz. Hinc Leo papa in sermone de natiuitate dñi dicit: Ab hac natiuitate deest illud quod de omnibus legit᷑: nemo mundus a sorde: nec infans cuiꝰ est vnius diei vita super terram. Nil in istam singularẽ natiuitatem de carnis cõcupiscentia transijt: nil de peccati lege manauit. Hec ille.

Preterea ipsa virgo fuit tota pura nõ solum quo ad aĩam sed etiã quo ad corpus quia fuit in natura puriori z complexione meliori optime videlicet sanguineositatis: vtpote de cuius purissimo sanguine formari debebat caro christi virtute spiritussancti. vt enĩ volunt doctores circa distinc. iij. tertij libri sententiaꝝ: Beata virgo adhuc in vtero mr̃is adeo fuit sanctificata z mũda ꝙ ab illo tempe semꝑ vsqꝫ ad assumptionem persisteret in puritate nature z innocentia vite z ꝑ capacitate in oĩm virtutum plenitudine sine omni macula optime z ordinatissime disposita in naturalibus: ita ꝙ nulla proles muliebris vnqꝫ magis appropinquasse videt᷑ ad statum innocentie ade sicut ipsa. Ipsa etiam creditur fore exempta ab omni illa maledictione eue. Geñ. iij. Multiplicabo erũnas tuas z conceptus t. In dolore paries filium. Unde nec erũnas muliebres aut ĩmundiciarũ earum infinitates aliquando passa est. nec in conceptu aut partu eiꝰ aliquod ĩmundũ fuit zc nec obstetricibus indiguit zc. vt testatur Hiero. Proinde sctũs Epiphanius hystoriographus scribit de ipsa beata virgine ꝙ etiam in infantia, vt mos est alijs infantibus vagiendo parentes non molestauit sed fuit nimium quieta: patiens: z tacita. Et mundissima inquit fuit plus ꝙ̃ credi potest. Nũqꝫ enĩ aliquid fedi in ea visum est. z cum inuol

uebatur in cunis iuxta morem puerorum nunq̄ se maculauit:sed adulta semꝑ mo/do se mūde conseruauit. Hec epiphani⁹.

Sextum ꝑuilegium:quia eius puritas fuit tranquillissima:quia nunq̄ fomes eā incitabat vl' temptabat ad aliquod malū nec a bono retrahebat:vt supra patuit: qr in ꝑma sanctificatiōe.scȝ in vtero vt vult dn̄s Bonauentura. ⁊ ꝯcordant alij omēs doctores sup.iij.distinc.iij. In ipsa fuit fo/mes ligatus ⁊ om̄is eius motus illicitus fuit repressus:ne vnq̄ inclinaret ad peccatum.vel retraheret a bono. Et tandem in secūda sanctificatione:scȝ cum filium concepit fuit in ea totaliter fomes extinctus.

Septimū ꝑuilegium:quia eius puri/tas fuit constantissima vel stabilissima:q̊/niā tanta gratia fuit beate virgini infusa: vt potentiā liberi arbitrij eius non solum impleret sed etiam confirmaret in bonuȝ: adeo vt nunq̄ deceteto in aliquod veniale vel mortale peccatum flecti posset sicut supra patuit. Excessit ergo puritas beate virginis alioꝝ sanctificatorū puritatem: tum quia alioꝝ sanctificatio nō compme/bat in eis omnes motus illicitos:tū quia flecti poterat in eis potētia liberi arbitrij: ⁊ si non ad mortale:tamē ad aliqđ veniale ⁊c̄.

Octauū ꝑuilegium quia puritas beate virginis fuit miraculosissima. Naȝ ei⁹ puritas m̄lt̄is ⁊ maximis miraculis ē ꝑfecta ⁊ sublimata supra oīm creaturarū puritatem. Grande nimirū fuit miraculum vt mater esset ⁊ virgo purissima. Itē vt de purissimo sanguīe spiritusancto operante in instanti ꝑfectum virum conciperet fin omnia corporis lineamenta:cuius anima plena foret spiritusancto ⁊ om̄i sciētiā ⁊ virtute.hoc est hiere. vaticino predictum: Nouū faciet dn̄s super terram femina circūdabit virum. Uere hoc nouū quia a seculo inauditum miraculum ⁊c̄.

Item grande miraculum q̄ in purissimo vtero deum clauderet quem celi capere non poterant. ⁊ q̄ purissimo sanguine ipsum nouē mensibus aleret:⁊ tādem purissimo lacte vbere virgineo de celo pleno eundem natum lactaret angeloꝝ regem. Ipsum par.ssime genitum purissimis manibus acciperet ⁊ purissimis brachijs portaret ac purissimo amplexu foueret ⁊ osculaetur. O quis enarrare sufficiat quanta ⁊ q̄ incomphensibilia ac multiplicia fuere miracula:q̄bus puritas beate virginis extitit cōsecrata ⁊ sublimata pensa mens deuota q̄ītum vales ⁊c̄.

Nonum ꝑuile/gium quia puritas beate virginis fuit etiam in alijs efficacissima. Tantam quip/pe habuit efficaciam puritas beate virginis ex specialissima gratia sanctificatio/nis: q̄ non tantuȝ in se: verūetiam in alijs aspicientibus eam extinguebat omnē motum carnalem vt volunt doctores sup.iij. sententiaꝝ.distinc.iij. Propter hoc Bonauentura:vt patuit sup̄ dicit.q̄ etiā infide/les iudei asserunt q̄ cū beata virgo fuerit corpore pulcherrima:a nullo tamen vnq̄ potuit concupisci. Unde nec Joseph eaȝ aliquando carnaliter concupiscere potuit Amplius tāta fuit efficacia puritatis be/ate virginis q̄ nō solum extinguebat motus illicitos in alijs:sed insuper influebat etiam in alios puritatis gratiam. Nam ad eius salutationis vocem infusa est gratia in sanctam Elizabeth: ⁊ purificatus ē mox Johānes baptista in eius vtero Luce ꝑmo cap̄. Unde merito de ea dicit ps̄. Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝓpterea bn̄dixit te deus in eternū.

Decimū pri/uilegium quia puritas beate virginis fu/it pre omnibus alijs puritatibus creatu/rarum ꝑfectuosissima:quia quolibet mo/tu liberi arbitrij ad agendū vel patiendū merebat̄. ⁊ sic semꝑ crescebat ⁊ ꝑficiebat in merito ⁊ premio. Unde in ħ excedebat omniū puritatem hominū ⁊ angelorum. Hominū quidem quia in alijs saltem aliquando ꝑ peccatum veniale poterat puritas obscurari. Angelorum autem quia il/la non potest crescere in merito vel p̄mio essentiali. Sed beate virginis nunq̄ ob/fuscabatur: nec per alicuius peccati ma/culam poterat denigrari: et tamen con/tinue crescebat per meritum. Merito er/go de ipsa dicitur illud Prouerbiorum. vlti. Multe filie congregauerūt diuitias tu supgressa es vniuersas.

Undecimū ꝑuilegium:quia puritas beate ꝟginis ex/

titit toti mũdo fructuosissima ⁊ angelis ⁊
hominibꝫ. Nullius quippe angeli vel san
cti aut creature cuiuscũq; puritas tantuz
fructuz attulit mũdo sicut marie puritas
Ex qua ꝑcessit ꝑcium nostre redemptio/
nis.i.caro ⁊ sanguis christi quo redempti
sumus. Juxta illud.i. Petri.i. Non corru
ptibilibus auro vel argento: sed precioso
sanguine ⁊c̃. Ex hac etiam ꝑcessit panis ⁊
potus refectionis cibus quoq; angeloꝝ:
⁊ oim sanctoꝝ.i.corpꝰ ⁊ sanguis in sacra/
mento. de quo Joh.vi. Hic est panis vi'
qui de celo descendit. Qui mãducat ex h̃
pane viuet ineternũ. Et Sap.xvi. Panẽ
angeloꝝ manducauit hõ. Jtẽ ex purita/
te btẽ marie ꝑcessit pax recõciliationis ⁊
celice reꝑationis fructus. Christus enim
est pax nostra qui fecit vtraq;.i. celestia et
terrestria vnũ teste aplõ. ꝑpterea canit ec/
clesia. Benedicta filia tu a dño: quia ꝑ te
fru. vite cõicauimus. Duodecimũ ꝑui/
legium. quia beate virginis puritas est ꝑ
omnibus reuerendissima. Eam eñi vene/
ratus est ⁊ deus: quia descendit cum ea in
Nazareth: ⁊ erat subditus ei. scꝫ in debitꝫ
honoribus ⁊ obsequijs. Luce.ij.cap. De
niq; eius puritatem venerabantur angeli
Nam ⁊ Gabriel archangelus genuflexo
eam salutauit dicens: Aue gratia plena.
Preterea tota ecclesia ⁊ tota summa pa/
tria adorat eam adoratione yꝑdulie. Jn
laudem quoq; ⁊ gloriam eius omnes san
cti ⁊ angeli canunt illud Judith.xv. Tu
gloria hierusalẽ. Tu leticia israel. Tu ho
norificentia populi nostri eo ꝙ castitatem
amaueris. ⁊ ideo eris benedicta in eternũ
Hec ibi. Merito ergo ⁊ nos charissimi
in gloriam ⁊ laudem dei omnipotentis tã
purissimam et gloriosissimam virginem
adoramus. Merito ipsius suffragia in/
uocamus. Merito deuotis laudibꝫ efferi
mus quam deus tante puritatis honore
pretulit omnibus: ⁊ tantis priuilegijs pre
fecit dignissimam: ⁊ ꝑelectam cunctis cre
aturarum generibus: vt foret mater dei:
domina mundi: regina angelorum ⁊ me/
diatrix dei ⁊ hominũ. O vere mundissi/
mã virginem. O vere dignissimã dei ma/
trem. O deus meus quãdo erit vt videa/
mus in celo eius gloriam. O iesu predile
ctissime virginis marie nate dulcissime.
Da q̃sumus nobis gratiam: vt imitando
tue sanctissime matris castimoniã: digni
simus peruenire ad tuam gloriam. Amẽ

Miraculum. De puritate beate ꝟ/
ginis potest miraculum applicari. Quod
refert Uincentius in speculo hystoriali li
bro. viij. ca. ciiij. dicens: Pictor quidam in
partibus flandrie famosus beate virginis
puritati deuotus. quotienscũq; depinge/
bat imaginẽ virginis beatissime: ob eius
puritatem ⁊ gloriositatez pulcherrime de
pingebat. ⁊ diaboli imaginem sub pedibꝫ
eius turpissimo vultu: vt decꝫ turpitudis
amatorem figurabat. Juxta illud Genes.
iij. Jpsa conteret caput tuum. Cui diabo/
lus in visione noctis apparuit dicens cuꝫ
ira. Cur me ita irritas. Pictor respondit.
Bene hoc ago: quia semꝑ te passus sum
oim que feci maloꝝ icentorem. Et adhuc
turpium cogitationum moliris insidias.
Hoc fortassis dixit: quia possibile ꝙ tur/
pes cogitationes passus contra puritatez
beate virginis sicut ⁊ multi patiunt̃ sepi/
us ⁊ nimiũ turbant̃ pro talibus: sed equo
animo ferende sunt cogitationũ talium fa
cta a diabolo impedimenta. Sciendo: ꝙ
iuxta Bern̄. Non nocet sensus vbi non est
consensus. Unde nõ est homini desperan
dum nec putandum ꝙ deus eũ relinquat
dũmodo non consentiat: sed detestetur ta/
les prauas cogitationes quibus solet dia
bolus ꝑpulsare. Nec cogitandum est ꝙ ta
les sint presciti ad damnationem. ⁊ ideo
patiant̃ talia: quin potius signuz est diui/
ne gratie ⁊ electionis iuxta doctoꝝ docu/
menta: sicut patet libro de interna conuer
satione. Ad ꝑpositũ cum ipe pictor vna
dierum in porticu cuiusdam ecclesie bea/
te marie vario opere pinxisset imaginem
beate ꝟginis pulcherrime vt potuit figu/
rauit gloriam ⁊ honorem dans tante vir/
gini. Sub pedibus quoq; eius diabo/
lum vt decuit turpissimo vultu depingit
significãs: quia caput eius ipsa virgo be/
ata per sui puritatem contriuerit sicut fue
rat ꝑdictuz. Genes. iij. Ecce diabolus nõ
eque ferendo adhuc suspensis trocleis: et

supposito firmiter tabulatu: eaȝ monstrū illud pingebatur turbine veniente omnes illas artis pictorie machinas vehementer concutiendo in terram excussit. Qđ pictor persentiens ꝛ pertimescens cor ꝛ manum ad imaginem gloriosissime dn̄e leuauit. Mirū dictu imago virginis manu porrecta ipsum retinuit ꝛ seruauit illesum do/nec venirent qui ei subuenirēt. Tunc oēs qui aderant christum in matre sua glori/ficabant ꝛc̄. Pl̄a alia si vis miracula multa applicabilia habes infra in tractatu de miraculis eiusdem beate virginis ꝛ sub/uentionibus ꝛc̄. libro vlti. ꝛc̄.

Incipit liber nonus de excellentissima charitate btē Marie.

Nonus liber agit de misterio excellentissime charitatis beatissime virgis marie: ꝛ continet duas p/tes. Prima pars est de eius charitate erga deum. Secūda pars de eius charitate erga nos. i. genus humanū. In his quippe duobus p̄ceptis charitatꝫ: tota lex pendet ꝛ p̄phete. Matth. xxij. cap. In dilectione dei vicȝ ꝛ pximi.

Pars prima de summa ꝛ excellentissima atq̃ꝫ perfectissima charitate beate marie erga deū ꝛ dei filium dn̄m iesum christū.

Ego dilecto meo et dilectus meus mihi qui pascitur inter lilia. Canti. vi. cap̄. Quibus in verbis in persona beate ma/rie dictis insinuat̄ sūma ꝛ familiarissima charitas qua dilexit virgo benedicta deū ꝛ dulcissimū suum filium: ꝛ qua diligebatur ab ip̄o deo. Nam reuera deus summe super omnem creaturam dilexit hanc virginem benedictam quā elegit ꝛ p̄elegit vt esset sibi mater dilectissima ꝛ totius mundi dn̄a. Unde de ea Sap̄. viij. dicit deus Hanc amaui ꝛ quesiui mihi in sponsam assumere eaȝ. ꝛ amator factus sum forme illius ꝛc̄. Propterea dicit ipsa virgo benedicta in p̄missis verbis thematis. Ego dilecto meo. Deniq̃ꝫ ipsa deum ardentissi/me reamauit: quia toto corde: tota anima tota mente ꝛ totis viribus dilexit. non so/lum tanq̃ꝫ creatorem sed insup tanq̃ꝫ vni/cissime dilectissimū filium quem a spiritu sancto tā purissime concepit: tā dulcissime in vtero portauit: tā gaudiosissime p̄ꝫgo peperit: tam suauissime fouit p̄gineis vlnis ꝛ lacte virgineo nutriuit: a quo sūma bo/na ꝛ dona gratiarum ac beatitudinū ha/buit ꝛc̄. propterea subdit. Et dilectus me/us mihi qui pascitur inter lilia. scꝫ virgi/nitatis purissime qua me. s. dotauit. De eius amore loquēs beatus Anselmus di/cit: O virgo benedicta quis nobis possit archanū tui cordis reserare cum hinc adorās natum tuum vt deum: ꝛ illinc oscula/ris vt filiū. ꝛ quid dicere valeam. O felix maria q̄s poterit extimare quāta dulcedine amoris erga tuum natum tenebaris q̄ tuus erat deus: ꝛ tuus p̄dulcis natus. ipse tuus amor: ipse tuum gaudium ꝛ solatiuȝ anime tue. Ipse tua tota vita tanq̃ꝫ deus ꝛ dn̄s ac filius tuus. Dicat quicūq̃ꝫ dice/re cupit si potest: que christi matrem tene/bat mensura amoris cuius animam Simeone teste totam pertransierat gladius diuine dilectionis. Itaq̃ꝫ de charitate beate virginis qua deum dilexit: tria miste/ria declarabimus.

- Primū misteriū de eius excellentie cō/probatione.
- Secundum misterium de eius noticie declaratione.
- Tertium misterium de eius circūstantie p̄fectione.

Articulus p̄mus q̄ beate marie charitatem excellentissimaȝ super omnia creata habuisse erga deum comprobatur p̄cipue ex tribus.

Primum misteriuȝ de excellētie comprobatione. Nā si quis hesitando quereret Utrꝫ

beatissima virgo maria dū fuit in via: ha/
buerit excellētiorem charitatem diuinam
ꝙ̄ omnis creatura pura: angelica siue hu/
mana. Respondet ꝙ sic. Et ꝓbari potest
fm Albertū sup missus est cap. lxxxiiij. ꝑ
pl'a argumēta z signa diuine charitatis. p̄/
cipue aūt ꝑ tria hic posita. Pzio argumē
to summe puritatꝫ. Scdo argumēto diuine
mīnitatꝫ. Tercō argumēto copiosissime
z supplene grositatis. Pzio dixi, ꝓbat ar/
gumento summe puritatis: qz vbi maioz
z maxima est puritas: ibi maioz z summa
est charitas quoniā apl'o teste. i. Thimo.
i. Charitas est de puro corde z consciētia
bona zc̄. Sed gloriosa virgo maria habu
it puritatē in summo qua sub deo nequit
maioz intelligi: vt dicit Anselmus libro
de conceptu virginali ca. xviij ergo z cha/
ritatem habuit in sūmo super oēm creatu
ram post christum. Secūdo argumen/
to maternitatis: quia nullus tenetur tan/
tū diligere sicut pater z mater. cum vt ait
Aristo. viij. Ethicoꝝ. Generantio ad ge/
neratum naturalis est amicicia. Vn̄ con/
tra legem est nature si mater aliqua impi
as manus initiat in filium. sicut quādoꝗ
faciunt heu crudelissime z sceleratissime
mulieres sibi abortiuū ꝓcurando. Cū igit̄
mater tenetur summe diligere filium. Et
quia inter creaturas sola virgo benedicta
fuit mater dei. ergo nulla creatura tantū
tenebatur deum diligere sicut ipsa. Sed
ꝙ̄tum tenebatur tantū dilexit: al's peccas/
set quod est impossibile. ergo summe dile/
xit. Sed circa hoc de dilectione natura/
li maternitatis ipsius beate virginis oc/
currere potest vna talis questio. Vtrū ali
q̄ mater potuerit vel poterit naturali amo
re in tantū diligere suum filium sicut bea
ta virgo suum natum christum: loquendo
de eius naturali dilectiōe ad ipm. Et vi
detur ꝙ sic: quia plurime matres etiam in
brutis animalibus compiunt que ꝓ amo/
re filioꝝ morti se exponūt. Nā pellican⁹ ro
stro se occidit ꝓ viuificādis suis pullis si/
ue filijs: vt dicunt naturales philosophi.
Et multe inueniunt matres que in tantū
doluerūt de morte filioꝝ ꝙ mortue fuerūt
z ipse sicut experientia docet quotidiana
ꝑsepe in quibusdam mulieribus. Sed be
ata virgo dolens ꝓ filio in cruce mortuo:
non est mortua p̄ dolore: sed post mortem
filij superuixit pluribꝫ annis. ergo zc̄. Ad
hoc breuiter respondet ꝙ amor naturalis
ad christum in virgine benedicta incom/
parabiliter excessit oīm matrum aliarum
naturalem amorem. Primo ratione no/
bilitatis: quia quanto natura nobilior tā
to nobiliores habet operationes z affecti/
ones. iij. de anima libro. Sed beata virgo
habuit naturam summe nobilē post chri/
stum. ergo z amorem nobilissimū. Secū
do ratione cognite dignitatis z sāctitatis
quia eum nouerat certissime esse deum et
omni gratia ac sanctitate plenum: z ꝑ ꝯse
quens sūma dilectione dignissimū eū cen/
sebat. Tertio ratione mutue familiari/
tatis: quia sciebat illum deum incarnatū
in suo vtero eam diligere p̄ ceteris creatu/
ris z hūanis z angelicis tam dulci famili
aritate vt nullus alius filius tam blande
tam suauiter reuerenter z familiariter su/
am matrem amaret sicut christus ipsam
virginem matrem. z ideo summe liquefa
ctum fuit coz eius in reamando ipsum: qz
teste Ambrosio: Nil tam impꝛ̄ssum huma
nis affectibus ꝙ̄ scꝫ diligere se diligentē.
Quarta ratio totalitatis z puritatis qz
vt dicit Aristot. viij. Ethicorū. Parentes
amant naturaliter filios vt aliqd sui exi/
stentes. Sed quia xp̄s erat purissime ac
totaliter mere quid beate virginis q̄ ipm
de purissimo sanguine sine virili semie cō
cepit. Vn̄ totaliter z mere ad ipsam chri/
stus ꝑtinebat. Et ꝑ ꝯsequens totius ger/
manitatis habuit dilectionem ad christū
Alie vero matres diligunt suos filios ex
media tm̄ germanitate qua carnē de eis
sumpserūt mediante tn̄ viro. Vn̄ in alijs
natis ꝑtim est aliquid viri. i. patris. ꝑtim
aliquid matris. sed aliter erat in christo z
virgine: quia totum humane carnis quod
fuit in xp̄o: fuit z est totum quid virginis
solius: sine alicuius viri ꝑticipatione qm̄
sine viro cōcepit. ergo incompabiliter ma
ioz in ipsa fuit amoz naturalis. Propterea
Prouerb. iiij. dicit in ꝑsona christi: Eram
filius vnigenitus cozam matre tenere di/

lectus ab ea. Ad illud vero quod obijcitur. Respondetur q̄ cum beata mater christi fuit plena gratia ⁊ cum fortior sit gratia q̄ natura: vt dicit Ambrosius naturalem amorem in virgine dirigebat ⁊ formabat amor gratuitus spūsancto infusus. vñ licet gladius doloris qui ptransierat animã virginis in passione filij fuerit acerbissimus sup oim matrum imo ⁊ sup martyrũ dolores: vt patebit libro. iij. parte. ij. arti. ij. ⁊c. Tamen hoc fuit mirabile q̄ beata virgo p̄ tanto dolore nõ est mortua: que vtiq̄ millesies mortua fuisset p̄ illo dolore compassionis si spūssanctus eam p miraculum nõ pseruasset. Unde claret q̄ sicut p̄ omnibus incompabilr amauit christum: ita summũ dolorem mortiferum in eius passione habuit adeo q̄ nulla mater equiparari vel compari improportionabiliter potuit eidẽ siue ĩ amore siue ĩ dolore.

Tertio eius excellentissima charitas comprobatur ex argumento copiosissime ⁊ supplene gratiositatis: Quia ei enim beata maria super oĩs creaturas plenissima fuit gratia dicente angelo Lu. i. Aue gratia plena dñs tecum ⁊c. Et quia dicente Aplõ Ro. v. Dei charitas diffusa est in cordibus nostris p spm̃sanctum. i. gratiã spūssancti qui datus est nobis. Ideo sequitur q̄ beata maria plenissimã ⁊ supplene excellentissimã habuit charitatem diuinã in hac vita Et q̄dẽ hoc clarius declarari potest p differentias amoris sm Albertũ sup missus est. c. clxxxxiij. Quia eñ amoris triplex differẽtia est. quia est amor naturalis. ẽ amor aquisitus. ⁊ ẽ amor gratuitus. Primo quidem amor naturalis summe fuit in beata virgine p̄ omnibus creatis: quia ipsa dilexit deum vt mater filiũ Alij oĩes angeli ⁊ homines diligunt vt serui dñm. sed maior est materna dilectio naturaliter p̄ alijs: vt patebit infra. Secũdo amor acquisitus in beata virgine fuit in summo ad christum. Talis eñ amor acquisitus fit ex causis accidentalib: que quidem inducunt ⁊ mouent matrẽ ad diligendũ filium amore magno: vicz cũ nouerit se a filio diligi ⁊ honorari. vel exaltari in gl'iam. vel magnum sibi donum dari aut magna p se sustinere filiũ. ⁊ sic de alijs causis accidentalib. Sed oĩs tales cause fuerunt hic in summo. Nunq̄ eñ aliq̄s fili⁹ suam matrem tantũ dilexit sicut christus virginem. Nec vnq̄ quis tantũ honorare potuit: sicut deus seruiẽdo ⁊ honorem exhibendo beate virgini fecit. qm̃ christus deus erat subditus illi Luce. ij. Nec potuit quis matrẽ dignificare sicut christus suã: quã exaltauit vt ẽẽt regina mũdi ⁊ dña angelorũ ac creaturarũ oim. atq̄ q̄d summũ est vt sit mater veri dei. Deniq̄ nullus filius tantũ dare potuit sue matri: sicut xp̄s virgini qm̃ dedit oĩa dona gratiarũ ⁊ dignitatũ ac scientiarũ oĩa dona beatitudinũ ⁊ meritorũ. Et insup seipsum dei filium dedit sibi in filium ãplexandũ osculandũ fouẽdũ: ⁊ portandũ. Preterea nullus filius tot ⁊ tantas penas sustinuit p sua matre: sicut christus p virgine ⁊ etiam p toto genere hũano: q2 passio christi omnes penas hoim p̄ponderauit ⁊ superauit. Hec certe ɔsiderãs maria poterat dicere illud ps. Quid retribuã dño p oĩbus que retribuit mihi. Magnificat ergo anima mea dñm ⁊ exultauit ⁊c. Tertius amor gratuitus fuit in beata virgine in summo: quia ex quo voluntas non fertur nisi ĩ cognitũ: vt ait ph's. iij. de aia. ⁊ Aug. x. de trinitate ca. i. Firmissime inquit nouim⁹ nõ nisi nota amari posse. Cum igitur beata virgo deum amplissime cognouerit: ec hunc suum verum filium natum ⁊ vnicũ quẽ sciuit de spūsancto ɔceptũ: ⁊ virginitate manente editum ⁊c. sequitur quoq̄ q̄ sicut nouit p ip̄m oĩ gratia se repletã copiosissime ita amauerit sup omnes.

Articulus secũdus q̄ declarat qualiter beate virginis charitas fuerit maior ĩ via q̄ charitas eorũ q̄ in patria ⁊ circa hoc occurrentes difficultates soluunt.

Secũdũ restat misterĩũ de huius excellentissime charitatis noticia seu declaratiõe: vt scire possimus qualiter ipsa beata virgo in statu huius vie posita excellentiorẽ habuerit charitatem pre omnibus etiã angelis ⁊ sctis in p̄ria seu gl'ia existib. Uñ vt

hoc lucidius clarescat. Notandum quia tres possunt formari rōnes que difficultatem faciūt in re ista. Prima est quia status huius vie inferior est statui patrie. ergo summa charitas vie inferior ē infima charitate patrie. Unde maiori charitatis dulcedine fruitur minimus angelus vel sanctus in celo: ꝙ̄ maximus sanctus existens in via: quia ille fruitur fruitione gloriosa: iste vero non. ergo non videtur quō charitas virginis in via excellentior fuerit vel equalis charitati sanctoꝝ in patria.

Secūda ratio: quia si beata virgo habuisset maiorem charitatem in via ꝙ̄ angeli vel sancti in celo: sequitur ꝙ ipsa habuisset maiorem fruitiōem et frueretur in via per modum patrie: quia vt ait Augu. libro de doctrina christiana. Et allegatꝰ a magistro sententiaꝝ libro primo distin. i. Frui est amore inherere alicui rei ꝓpter se. Qō si sic: sequitꝰ ꝙ ipsa beata virgo in via fuisset comp̄hendens quod non conceditur: quia solus christus fuit simul viator et comp̄hensor: vt dicit Augu. Tertia ratio quia Mathei. xi. ait saluator: Inter natos mulierum nō surrexit maior iohanne baptista. Qui autē minor est in regno celoꝝ maior est illo. Glo. dicit: Omnis sanctus qui est cum deo maior est eo qui adhuc est in mundo. Item super illud. Ecce ego mitto angelum meum. Glo. dicit: Nouissimus angelus celi maior ē quouis homine. Non videtur ergo quō beata virgo in via habuerit maiorem charitatē ꝙ̄ minimus angelus in celo. Ad hec respondendo ex verbis Alberti super missus est cap̄. lxxxix. pono tres veritates quibꝰ res ipsa clarescit et ꝑ has solui possunt p̄dicte rationes difficultatem facientes. Prima veritas. Charitas beate virginis in statu vie fuit maior omni charitate pure creature: etiam existentis in statu patrie: licet non ſm actum fruitionis gloriose: tamen ſm substantiam. Declaratur. Nam charitas beate virginis in via licet fuerit maior charitate oim angeloꝝ et sanctoruꝫ ꝙ̄tum ad substantiam sicut ꝓbatum est ꝑ rationes p̄mo articulo positas. tamen vtiꝙ̄ minor fuit ꝙ̄tum ad actū charitate minimi sancti patrie vel angeli. Qꝛ autem maior substantia est minor in actu hoc facit subiecti cōditio: contrarij coniunctio: motoris minor attractio: que tamen attractio semper in actu esset: si ex parte attrahibilis impedimentū nō staret. Nam ſm illud Sap. ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat animā et dep̄mit sensum multa cogi. Exemplū a simili. Uidemus enī ꝙ sol est multo maioris luciditatis ꝙ̄ luna: et tamen quādoꝙ luna magis illūinat in nocte aere puro ꝙ̄ sol in die aere obscuro. Item ignis in clibano accensus est multo maior ꝙ̄ lumen in parua candela: et tamē plus illuminat domū candela accensa in mēsa ꝙ̄ ignis ardens intus in clibano inclusus. Ita nō est incōueniēs si maior charitas ſm substantiaꝫ vel maior lux gratie ī subiecto passibili ꝯiuncto corpori passibili et grosso: quasi ignis īclusus: minus immutat et mouet actualiter ꝙ̄ mīor lux glorie et minor charitas in subiecto impassibili et glorioso tanꝙ̄ sibi ꝓportionato. i. in angelis et sanctis patrie. Secūda veritas. Fruitio charitatis in beata virgine ꝑ statu vie licet fuerit inferior fruitione comp̄hensoꝝ ꝙ̄tum ad actum. fuit tamen maior ꝙ̄tum ad effectum. Declaratur: quia charitas et fruitio comp̄hensoꝝ. i. angelorum et sanctorum in patria: non est in statu merendi ꝙ̄tum ad p̄miū substantiale. Quilibet autem actus charitatis in beata virgine pro statu vie fuit meritorius vite eterne et beatitudinis: angeloꝝ et sanctorum omniū beatitudineꝫ transcendentis. Unde licet ipā non fuerit comp̄hendens in via: nec fruebatur actu: gloriosa fruitione patrie celestis nisi forte ad tēpus quādo dabatur sibi vt viderit diuinam essentiam. Si enī hꝰ Moysi et paulo in via datū est vt viderint diuinam essentiam: sicut dicit Augustinꝰ libro de videndo deū. Non est ambiguū qn a fortiori matri dei hoc ꝑuilegium fuerit concessum: quoniā vt testatur Damas. Ipsa a nullo illustriū vincitur. Nihilominus in ipā fuit maior charitas ſm effectum ꝙ̄ in omnibus sanctis et angelis. quia ꝯ omnibus excellentiorem beatitudinē meruit quolibet actu charita-

tis. Nam vnico consensu z verbo cum ait fiat mihi scdm verbum tuum Luce.ij. plus meruit q̄ omnes sancti et angeli: vt videlicet fieret mater dei: regina celi: domina angelorum z totius mundi zc.

Tertia veritas. charitas beate virgīs modo ī statu patrie improportionabilit̄ maior deiformior z gloriosior ē charitate omnis pure creature tam quantū ad substantiam q̄ etiaz quantū ad actū scz fruitiōis gloriose. Ratio quia vt canit ecclesia Exaltata est ipa sancta dei genitrix sup choros angelorum z sanctoꝝ ad celestia regna. sed supiores habent excellentius perfectiões inferioꝝ. vt dicit Dionisius de angelica hierar. ĝ zc. Hinc ps. Astitit regina: scz ꝟgo dei mr̄a dextris tuis. i. in potioribus bonis glie z gr̄e in vestitu deaurato: charitatis q̄ est vestis nuptialis qua scz charitate decorat̄ aīa z vnit̄ deo circūdata varietate. s. sctōꝝ. Oēs quippe sancti admirant̄ eius gliaz. z tota celestis curia illustrat̄ ac delectat̄ z iocundat̄ in ei⁹ glie fulgore. O q̄ beatū illō regnū. O q̄ gloriosum illud habitaculum vbi cum christo et eius sancta matre regnant oēs sancti. O deus magne. O iesu bone quando erit illud temp⁹ felicissimū: z illa hora iocundissima: qua videbimus tue mr̄is gloriam in leticia. z perfruemur tue faciei noticia per eterna secula zc.

Articulus tertius q̄ charitas virginis erga deum z dei filium fuit p̄cipue duodecim pfectiōis circumstantijs gloriose sublimata pre alijs zc.

Circa tertium misterium de circūstantie perfectione: Notare possumus ad numerum duodecim stellaꝝ in eius corona capitis duodeci pfectiões seu circumstantias zpprietates charitatis beate virginis quibus extitit gloriose decorata z excellentius sublimata q̄ in tribus quaternarijs ordinant̄ vt patet intuēti in presenti figura. Nam charitas beatissime virginis marie fuit

Primo naturalis
Secundo totalis
Tertio singularis
Quarto certitudinalis
Quinto conformalis
Sexto transformalis
Septimo reuerentialis
Octauo insuperabilis
Nono predelectationis
Decimo prefamiliaris
Undecimo preseraphicalis
Duodecimo p̄acceptatōis diuinalis

Capitulum I

Primo dilectio seu charitas beate virginis fuit naturalis. quia tāq̄ mater naturaliter imo plusq̄ alia mater dilexit vt patet s. Alij em̄ oēs diligunt tanq̄ serui dominum. Ut autē dicit Aristoteles. viij. li. ethico. Inter dominū et seruum nō est naturalis amicitie amor fm qō seruus: sed bene fm qō homo quia fm qō seruus est sibi. id est domino dissimilis. licet fm quod homo sit sibi similis Hec ibi. Qō si dicas: homo etiā naturaliter deum diligit. quia fm animam ad imaginem dei factus est Geñ. ij. Et fm corpus etiam est ad similitudinē ei⁹. quia deus homo factus est zc. Dico q̄ et si possit esse aliquomō naturalis dilectio hominis ad christum deum: tamen improportionabiliter dilectio naturalis beate marie excedit. quia eius dilectio est materna que est maxima dilectionū naturaliuz. vt patet per Arif. viij. Ethicoꝝ. vbi habetur q̄ parentes plus amant filios q̄ ecōuerso. quia plus sciunt parentes q̄ filij ex eis sunt nati q̄ econuerso. Matres aūt plus diligunt filios q̄ etiam patres quia certiores sunt de eis z plus laboris habēt circa eos Hec ibi. Ex quo patet q̄ maxima inter omnes naturales dilectiones ē materna dilectio. licet ergo angeli vel sancti diligant deū naturaliter filiali vel christum ament fraterno amore. Excedit tamen marie dilectio incompabiliter: sicut et excedit improportionabiliter naturali ppinquitate similitudineq̄ et gratuito amo

re ac acquisito supereminenter omnibus.
Secundo charitas marie est totalis: nulla enim creatura post christum perfectius impleuit preceptum illud: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et ex omnibus viribus tuis. Deut. vi. Luce. x. Et Mat. xxii. quam beata virgo maria: que secundum Alexan. de hales super Lucam. Dilexit toto corde: omnes cogitationes suas in deum dirigens. Tota anima: omnes affectiones suas in deum retorquens. Tota mente. id est intentione omnes operationes suas propter deum faciens. Totisque viribus et toto posse: nil de contingentibus obmittens sed quicquid facere debuit faciendo. Unde ipsa in canticis scribitur plena charitate et dilectione et cetera. Tertio charitas virginis fuit singularis. tum quia nec similem habuit nec habitura est sequentem: vt canit ecclesia. tum quia singulariter deum tantummodo et nil extra deum quesiuit: iuxta illud ps. Unam petii a domino hanc requiram vt inhabitem in domo domini: omnibus diebus vite mee. Et iterum. Quid a te mihi est in celo et quid volui super terram quasi diceret. nihil aliud a te. Unde dicere potuit illud Augu. libro solilo. Mens mea deus tibi deuota tuo amore suspensa. Tibi soli suspirans: tibi inhians: te solum desiderans: nil habet dulce, nisi de te loqui: de te audire: et tuam gloriam ac memoriam frequenter corde reuoluere. Quicquid mihi preter deum est: dulce non est. Quicquid vult mihi dare dominus meus totum auferat: tantummodo se mihi det. Hec ibi. Quarto charitas beate virginis fuit certitudinalis. Cum enim de aliis scriptum sit Eccs. ix. Nemo scit vtrum odio vel amore dignus sit. hoc locum in beata virgine non habuit quia certissima fuit infallibiliter et indubitanter de diuina charitate ex gratia singularissima. Nam et si de communi lege nemo sciat se esse in charitate certitudinaliter. Aliquibus tamen sanctis ex speciali priuilegio concessum est a deo qui eos certificauit per reuelationem: vt securitatis gaudium etiam in hac vita in eis inciperet et fortius magnifica opera prosequerentur et mala presentis vite sustinerent. Sicut patet de apostolis et paulo dicente Roma. viii. Certus sum inquit. quod nec fames nec gladius: nec creatura aliqua poterit nos seperare a charitate que est in christo. Uerum certitudo charitatis marie fuit precellentior omnium sanctorum certitudine secundum Albertum super missus est ca. cvii. quoniam in aliis est certitudo per scientiam a posteriori ex effectu. Certitudo autem beate virginis qua sciuit se non posse separari a deo fuit per modum cause. eo quod sciuit se matrem dei esse et in vtero sanctificatam ac non posse peccare: et per consequens sciuit se non posse seperari a deo. Sed hic queri potest. quomodo excedat certitudo charitatis vie in maria certitudinem charitatis angelorum et beatorum in patria: cum illorum certitudo sit omni securitate tentionis plenissima. Respondendo pro huius lucidiori declaratione: Nota quadruplicem differentiam quam ponit petrus aureoli in suo compendio libro. v. Nam primo sunt quidam qui sciunt se certitudinaliter non esse in charitate nec habere dei charitatem vt patet de demonibus et damnatis. Et etiam de hominibus viatoribus qui sunt in actu peccandi mortaliter: vel in proposito. quia scriptum est. Sapie. xiiii. Odio est deo impius et impietas eius.

Secundo alii sunt qui cognoscunt se habere charitatem vel esse in charitate coniecturaliter per aliqua signa inquantum quis experitur et percipit se delectari in deo et contemnit res mundanas. et non est sibi conscius alicuius mortalis peccati: sentitque in seipso diuini amoris calorem et degustat eius dulcedinem secundum quem modum potest intelligi illud Apocal. ii. Uincenti dabo manna absconditum: quod nemo nouit nisi qui accipit. s. per experientiam dulcedinis quam teste Bern. Solus expertus nouit credere quid sit iesum diligere. ista tamen cognitio imperfecta est et non certitudinalis absolute sed tantum coniecturaliter. vnde Apostolus prima Corinth. iiii. Nil mihi conscius sum sed non in hoc iustificatus sum et cetera. Et ps

Delicta quis intelligit ꝛc. prout hec dicit
beatus Tho. pma scde q. cxi. arti. v. vbi
querit vtrum aliquis scire possit se habe/
re gratiam. Et hic modus cognoscēdi scꝫ
per aliqua signa est cōmuniter viatorum.

Tertio alij sunt qui certitudinaliter co
gnoscūt se esse in charitate vel habere cha
ritatem diuinam sicut patet in his qui sūt
in patria. sancti vero in via positi possunt
aliqui de hoc certi eē non nisi per diuinaꝫ
reuelationem vt dictū ē supra. qꝛ cū vera
charitas dei non nisi per spiritūsanctum
diffusa est in cordibꝰ nostris. vt dicit apo/
stolus. excedit limites nostre nature. Deꝰ
quippe charitas est ꝛ qui manet in chari/
tate in deo manet ꝛ deus in eo. i. Joh. iiij.
Et ideo sicut p̄sētia dei in nobis vel ab
sentia per certitudinem cognosci non po/
test ꝯm illud Job. nono. Si venerit ad
me nō videbo eum. Si autem abierit nō
intelligam. Ita homo in via ex seipō non
potest per certitudinem diiudicare vtrum
sit in charitate vel gratia. ꝯm illud. i. Co/
rinth. iiij. Sed neqꝫ meipm iudico qui au
tem iudicat me dominus est: nisi hoc re/
uelletur sibi a deo. Quarta differentia
poni potest certitudo beate virginis que
inter comprehensores et viatores habuit
se medio modo per participationem ꝯm
Albertū super missus est ca. lxxxix. Ta/
lem inquā participationem qꝫ accepit me
liorem partem a quolibet extremoꝝ. Naꝫ
comprehensores habēt charitatem ꝛ eius
certitudinem ꝯm actus perfectionem: sed
tamen preter merendi conditionem. Via
tores habent cuꝫ merendi conditione sed
cum actus imperfectione. Etem̄ certitu/
do viatorum qꝫ sine in charitate etiam si
sit per reuelationem: non est ita absolute
perfecta ꝯm actuum perfectionem vt vel
amitti non possit eorum charitas per pec/
catum mortale: vel saltem remitti aliquā
do per peccata venialia. Ipsa aūt beata
virgo habuit certitudinem charitatis in/
fallibiliter ꝛ absolute cum actuum perfe/
ctione ꝯm comprehensores ꝛ cum merēdi
cōditiōe ꝯm viatores: vñ habuit eā excellē
tius viatoribus quantum ad actum et cō
p̄hensoribꝫ quantū ad effectū. Hec Alber.

Capitulum secundū pro secū do quaternario.

Secundo quaternario. Et quo
ad premissa in ordine qnto chari/
tas beate virginis fuit conforma/
lis. qꝛ super omnes fuit conformis diuine
voluntati in sua voluntate. Hoc em̄ facit
charitas vt in tantum concordet cū ama
to inquantum amat. Unde Catho dicit
Concordia nutrit amorem. Et Hierony/
mus Amicorum est idem velle et idē nol
le. Hic ꝛ Joh. xiiij. Si quis diligit me ser
mones meos seruabit. Sicut ergo beata
virgo pre alijs amauit ita pre omnibꝰ to/
ta voluntate: toto animo: ꝛ tota intentione
diuine voluntati cōformata fuit: adeo vt
quasi vnam animam seu voluntatem per
omnia habuerit cū christo: vt dicere pos/
sit illud ps̄. xxxix. In capite libri scriptuꝫ
